angelorum ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter :/ Quis digne . hoc celebrare potest nisi tu deus[1] offerentem feceris dignum Sed scio et uere scio et idipsum bonitati tue confiteor :/ quod non sum dignus accedere ad tantum misterium propter nimia peccata mea et negligencias meas infinitas.[2] / Sed scio et ueraciter ex toto corde credo ore [fo. 63*b* confiteor quia tu potes facere[3] mundum de immundo conceptum semine et de peccatoribus iustos facis et sanctos Per hanc omnipotenciam tuam te rogo :/ concede michi peccatori hoc celeste misterium[4] celebrare cum timore et tremore cum cordis puritate . et lacrimarum fonte . cum leticia spirituali et gaudio celesti[5] senciat mens mea dulcedinem beatissime presencie tue et excubias . sanctorum[6] tuorum in circuitu meo. Ego enim memor passionis tue uenerande[7] . accedo ad altare tuum licet peccator . ut offeram tibi . sacrificium . quod tu instituisti et offerri precepisti in commemoracione tui pro salute nostra. Suscipe[8] ergo illud queso . summe pastor pro ecclesia tua . sancta pro populo tuo quem acquisisti sanguine. Et quoniam me peccatorem inter te et eundem populum medium esse uoluisti . licet in me boni operis non agnoscas testimonium[9] . officium saltem dispensacionis credite non recuses nec per me indignum eorum salutis pereat precium :/ pro quibus uictima factus salutaris dignatus es esse redempcio. Profero[10] ergo domine si digneris propicius intueri tribulaciones

[1] D, omnipotens deus. M, deus omn.
[2] D, M, infin. neglig. meas.
[3] M, pr. me.
[4] D, M, sacrificium.
[5] D, M, celesti gaudio.
[6] D, M, add angelorum.
[7] D, M, uener . pass. tue.
[8] In place of this section—Suscipe ergo illud . . . in laude et gloria tua—D has the following, which M places after in laude et gloria tua, without any omission: Peto clementiam tuam (M, adds deus) ut descendat super panem et calicem (M, illud idem sacrificium) plenitudo tue (M, benedictionis sanctificatio tue) diuinitatis. Descendat etiam domine illa sancti spiritus tui inuisibilis incomprehensibilisque maiestas . sicut quondam in patrum hostias descendebat . qui et oblationes nostras corpus et sanguinem tuum efficiat . et me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate et lacrimarum fonte . cum reuerentia et tremore . ita ut placide et benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam uiuorum quam et (M, om.) defunctorum. Rogo te domine per ipsum sacrosanctum et uiuificum (M, om. et uiuificum) mysterium corporis et sanguinis tui quo cotidie in ecclesia tua pascimur et potamur . abluimur et sanctificamur . atque unius summe diuinitatis participes efficimur. Da michi uirtutes tuas sanctas . quibus repletus bona conscientia ad altare tuum accedam . ita ut hec sacramenta celestia efficiantur michi salus et uita.
[9] M, test . non agnoscas.
[10] M, Offero.

plebium pericula populorum captiuorum gemitus miserias orphanorum necessitates peregrinorum inopiam debilium desperaciones . languencium . defectus senum . suspiria iuuenum uota uirginum lamenta uiduarum. Tu enim misereris omnium domine et nichil odisti eorum que . fecisti. Memorare que sit nostra substancia.[1] Tu Deus noster es ne irascaris. satis . neque multitudinem ui[s]cerum tuorum super nos contineas Non enim in iustificacionibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam set in miseracionibus tuis multis. Aufer a nobis domine omnes[2] iniquitates nostras . et ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra et da nobis cor carneum quod te timeat te amet . te diligat . te sequatur . te perfruatur Oramus domine clemenciam tuam ut familiam tuam sacri nominis tui[3] officio[4] prestolantem sereno[5] aspicere digneris uultu et ut nullius sit irritum [uotum] nullius sit uacuo[6] postulacio Tu nobis preces . suggere . quas ipse propicius audire et exaudire delecteris. Rogamus te etiam bone ihesu pro spiritibus[7] fidelium defunctorum ut sit illis sanitas salus[8] gaudium et refrigerium hoc magnum pietatis sacramentum Deus meus . sit illis . hodie magnum et plenum conuiuium de te pane qui de celo descendisti et das uitam / mundo[9] . de tua sancta carne[10] et [fo. 64 benedicta agni . uidelicet immaculati qui tollit peccata mundi que de sancto gloriosę[11] uirginis Marie utero est assumpta . et de spiritu sancto concepta de illo inquam pietatis fonte qui per lanceam militis ex tuo sanctissimo latere feliciter[12] emanauit: ut exinde refecti et satiati . refrigerati[13] et consolati exultent in laude et gloria tua. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto. Panis quem ego dabo caro mea est . pro mundi uita.[14] Si quis manducauerit ex hoc pane : uiuet in eternum. Panis dulcissime sana palatum cordis mei . ut sentiam suauitatem amoris tui. Sana eum ab omni langore . ut nullam

[1] M adds quia tu pater noster es quia.
[2] M, omits.
[3] M, tui nominis.
[4] M, officia tua.
[5] M, has sereno before familiam.
[6] *Leg.* uacua.
[7] M, pro omnium animalus.
[8] M, salus sanitas.
[9] Here the original hand begins.
[10] M, Carne sancta.
[11] M, et glorioso.
[12] M, adds et misericorditer.
[13] M, satiati refrigerati refecti.
[14] D, M, add : Qui manducat me uita uiuet propter me. Ipse manet in me et ego in eo. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi.

preter te senciat dulcedinem.[1] Panis candidissime habens omne delectamentum et omnem saporem suauitatis.[2] qui nos reficis semper[3] et in te nunquam deficis :' comedat te cor meum . et dulcedine saporis tui repleantur uiscera animę meę. Manducat te angelus pleno ore :' manducet te peregrinus homo pro modulo suo . ne deficere possit in uia tali recreatus uiatico. Panis sancte . panis uiue . panis pulcher . panis munde . qui descendisti de cęlo et das uitam mundo :' ueni in cor meum et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam . et sanctifica me interius et exterius. Esto tutamen et conti/nua salus corporis et aminę meę. [fo. 64*b* Repelle a me insidiantes mihi hostes. Recedant procul a presentia[4] potentię tuę . ut foris et intus munitus :' per te recto tramite ad regnum tuum perueniam ubi non ministeriis[5] sicut in hoc tempore agitur . sed facie ad faciem te uidebimus cum tradideris regnum deo[6] patri :' et deus eris[7] omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis sacietate mirifica :' ita ut neque esuriam neque sitiam in eternum. Amen.

Missa pro rege et regina et populo christiano.[8]

Collecta.

DEus in cuius manu corda sunt regum . qui es humilium consolator et fidelium fortitudo :' et protector omnium in 7 te sperantium :' da regi nostro et regine populoque christiano triumphum uirtutis tue scienter excolere 7 ut per te semper reparentur ad ueniam. Per.

Secrœta.

Suscipe domine preces et hostias ęcclesię tue pro salute famuli tui regis nostri et regine et protectione fidelium populorum supplicantis ut antiqui brachii tui te operante miracula superatis inimicis secura tibi seruiat christianorum libertas. Per.

[1] D, M, add.: nullum preter te querat amorem. nullam preter te amet pulchritudinem.
[2] M, sanctitatis amorem. D, om. suauitatis.
[3] D, M, semper reficis.
[4] M adds maiestatis et.
[5] *Leg.*, misteriis.
[6] D, M, add et.
[7] M, erit deus.
[8] This mass is in a different hand of about 1200. It occurs on p. 216 again, and is in J.

Post Communionem.

Presta quesumus omnipotens deus :' ut per hec misteria quę sumpsimus rex noster et regina . populusque christianus semper rationabilia meditantes 7 que tibi sunt placita et dictis exequantur et factis. Per.

PRO REGE.[1]

Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare.
Domine saluum fac regem.
Saluum fac seruum tuum.
Mitte ei domine auxilium.
Nichil proficiat.
Esto ei domine.
Fiat pax in uirtute.
Domine exaudi.
Dominus uobiscum.

Quesumus omnipotens deus ut famulus tuus rex noster . qui tua miseratione regni suscepit gubernacula 7 uirtutum et omnium percipiat incrementa :' quibus decenter ornatus . et uiciorum monstra deuitare . et hostes superare 7 ad te qui uia . ueritas et uita es . gratiosus ualeat peruenire . per dominum nostrum.

Deus autor pacis et amator . quem nosse uiuere 7 cui seruire regnare est protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos :' ut qui in defensione tua confidimus 7 nullius hostilitatis arma timeamus . per christum dominum.

/ Pauli[2] primi heremite.	Deus qui nos beati pauli.	In unius confessoris	[fo. 65
Hilarii Remigii ...	Infirmitatem nostram respice.	In plurimorum confessorum.	
*Edwardi Regis et confessoris.	Deus qui nos beati.		
Mauri abbatis ...	Intercessio nos domine beati Mauri.	In unius abbatis.	

[1] This office is in a small hand at the bottom of the page. The hand is the same or very similar and of the same date as the last. The office is not found in J.

[2] This list is in a hand of about 1200. It is very similar to but not the same as that of the Collectar.

* These names have been added between the lines and in the margin by a hand of the second half of the thirteenth century, but they were, most of them, originally all together at the bottom of the page in a hand contemporary with the text, and subsequently erased.

Speusippi Meleusippi Eleusippi.	Deus qui nos concedis sanctorum.	In plurimorum martyrum.
*Wulfstani episcopi et confessoris.	Deus qui conspicis.	
Emerentiane ...	Indulgentiam nobis domine.	In unius uirginis.
Preiecti	Da qs. omn. deus ut qui beati.	In unius martyris.
Ignatii	Da qs. omn. deus ut qui beati.	In unius martyris.
Brigide	Exaudi nos deus salutaris.	In unius uirginis.
*Blasii episcopi et Martyris.	Preces populi . ut in festo Marcelli pp.	
Uedasti et amandi ...	Concede qs. omn. deus ut.	In plurimorum confessorum.
Sotheris	Omn. semp. deus ...	In unius uirginis.
Scolastice	Exaudi nos deus salutaris noster.	In unius uirginis.
Uitalis. Felicis ...	Da qs. omn. ut qui beatorum.	In plurimorum martyrum.
Iuliane	Indulgentiam nobis domine.	In unius uirginis.
Albini	Da qs. omn. deus ut beati.	In unius confessoris pontificis.
*Cedde episcopi et confessoris.	Deus qui conspicis.	
*Edwarddi regis et martyris.	Adesto domine.	
*Cuthberti	Deus qui conspicis.	In unius confessoris pontificis.
Ambrosii	Da qs. omn. deus ut . beati.	In unius confessoris.
*Guthlaci	Deus qui nos beati...	In unius confessoris.
*Elphegi archiepiscopi.	Infirmitatem.	
*Cleti pp.	Da qs. omn. deus.	Martyris pontificis.
*Erkenwaldi episcopi et confessoris.	Deus qui conspicis.	
*Iohannis Beuerlac ...	Deus qui conspicis.	
*In translatione S. andree.	Maiestatem.	
*In translatione S. Nicholai.	Collecta propria.	
Mamerti	Deus qui anime famuli tui.	In unius confessoris pontificis.

* Inserted (see * footnote, p. 74).

*Dunstani episcopi et confessoris.	Da qs. omn. deus.	
Potentiane	Exaudi nos deus salutaris noster.	In unius uirginis.
Desiderii	Deus qui nos beati desiderii.	In unius martyris pontificis.
Donatiani et Rogatiani.	Presta qs. omn. deus.	In plurimorum martyrum.
*Augustini primi anglorum.	Da qs. omn. deus ...	In unius confessoris.
*Bede presbiteri ...	Deus qui nos beati.	
Petronillę	Exaudi nos deus salutaris.	In unius uirginis.
*Willelmi archiepiscopi et confessoris.	Deus qui nos beati . ut nichomedis martyris.	
Medardi episcopi ...	Da qs. omn. deus ut qui beati.	In unius confessoris pontificis.
Primi et feliciani ...	Da qs. omn. deus ut qui beatorum.	In plurimorum martyrum.
/ Barnabe apostoli ...	Qs. omn. deus ut beati.	In unius [fo. 65*b* apostoli.
Basilidis. Cirini Naboris et Nazarii.	Presta qs. omn. deus.	In plurimorum martyrum.
Uiti Martyris ...	Adesto domine supplicationibus.	In unius martyris.
Cirici et Iulite ...	Deus qui nos annua sanctorum.	In plurimorum martyrum.
*Botulfi abbatis ...	Intercessio.	
Albani	Presta qs. omn. deus ut que.	In unius martyris.
*Eteldride	Exaudi nos deus salutaris.	In unius uirginis.
Hirenei cum sociis suis	Deus qui nos concedis sanctorum.	In plurimorum martyrum.
*Swithuni	Deus qui conspicis.	
*Mildride uirginis ...	Exaudi nos deus.	
*Kenelmi regis et martyris.	Adesto domine.	
*Margarete Uirginis.	Omn. sempiterne.	
Praxedis	Exaudi nos deus salutaris.	In unius uirginis.
Apollinaris	Deus qui nos beati apollinaris.	In unius martyris pontificis.
Christine	Omn. sempiterne deus qui infirma.	In unius uirginis.

* Inserted (see * footnote, p. 74).

Christofori et cucufati	Presta qs. omn. deus ut qui gloriosos.	In plurimorum martyrum.
Nazarii pantaleonis et celsi.	Presta qs. omn. deus ut sanctorum.	In plurimorum martyrum.
Simplicii . faustini . beatricis.	Deus qui nos annua sanctorum tuorum.	In plurimorum martyrum.
Germani	Da qs. omn. deus ut beati.	In unius confessoris pontificis.
Machabeorum ...	Presta qs. omn. deus ut qui glor.	In plurimorum martyrum.
Eusebii	Presta qs. omn. deus ut qui beati eusebii.	In unius martyris pontificis.
*Oswaldi	Beati oswaldi ...	In unius martyris.
Donati	Infirmitatem nostram res.	In unius martyris pontificis.
Romani	Adesto domine supplicationibus.	In unius martyris.
Mammetis	Presta qs. omn. deus.	In unius martyris.
Magni martyris ...	Presta qs. omn. deus.	In unius martyris.
Genesii	Beati Genesii nos domine.	In unius martyris.
*Hylde uirginis ...	Exaudi nos.	
Rufi	Letetur ecclesia tua.	In unius martyris.
Augustini	Da qs. omn. deus ut beati augustini.	In unius confessoris pontificis.
Prisci	Adesto domine supplicationibus.	In unius martyris.
Egidii	Intercessio nos domine beati egidii.	In unius abbatis.
/ Marcelli	Adesto domine supplicationibus.	In unius martyris. [fo. 66
Ewricii	Deus qui conspicis quia ex.	In unius confessoris pontificis.
Adriani	Presta qs. omn. deus ut qui beati.	In unius martyris.
Gorgonii	Beati gorgonii martyris.	In unius martyris.
*Adelwaldi . episcopi et confessoris.	Da quesumus ...	Confessoris pontificis.
Lamberti	Da qs. omn. deus ut qui beati.	In unius martyris.
Sequani	Intercessio nos domine beati sequani.	In unius abbatis.
Mauricii cum sociis suis.	Deus qui nos concedis.	In plurimorum martyrum.
Andochii. . Tirsi . et Felicis.	Deus qui nos concedis sanctorum.	In plurimorum martyrum.

* Inserted (see * footnote, p. 74).

Ieronimi	Deus qui nos beati ieronimi.	In unius confessoris.
Remigii	Da qs. omn. deus ut beati.	In unius confessoris pontificis.
Germani et uedasti ...	Concede qs. omn. deus ut ad.	In plurimorum confessorum.
Leodegarii	Preces[1] populi ...	In festo marcelli pp.[2]
Marcelli apuleii sergii abaci.[3]	Pesta qs. omn. deus ut qui sanctorum.	In plurimorum martyrum.
Dionisii cum sociis suis	Da qs. omn. deus ut qui beatorum.	In plurimorum martyrum.
*Wilfridi	Deus qui conspicis.	In unius confessoris pontificis.
*Sancte Fretheswiþe uirg.	Exaudi nos deus.	
Crispini et crispiniani.	Prests qs. omn. ut qui.	In plurimorum martyrum.
Quintini	Letetur ecclesia tua deus.	In unius martyris.
*Leonardi	Deus qui nos beati.	In unius confessoris non pontificis.
Bricii	Deus qui anime famuli tui.	In unius confessoris pontificis.
Aniani	Da qs. omn. deus ut beati.	In unius confessoris pontificis.
*Edmundi	Adesto domine supplicationibus.	In unius martyris non pontificis.
Columbani	Intercessio nos qs. domine beati columbani.	In unius abbatis.
*Lini	Deus qui conspicis.	In unius confessoris pontificis.
Agricole et uitalis ...	Da qs. omn. deus ut qui beatorum.	In plurimorum martyrum.
Crisanti Mauricii et darie.	Deus qui nos concedis sanctorum.	In plurimorum martyrum.
Nicholai[4]	Da qs. omn. deus ut beati nicholai.	In unius confessoris pontificis.
Damasi	Exaudi[5] domine qs. preces.	In festo Marci pp.[6]

[1] This collect is written over an erasure in the hand of the insertor.
[2] *festo marcelli pp.* is written over an erasure in the hand of the insertor.
[3] *Leg.*, et Bacchi.
[4] This has been cancelled with a black penstroke. A proper office is provided for S. Nicholas in the prefixed matter. See p. 50.
[5] This collect is written over an erasure by the hand of the insertor.
[6] *Festo Marci pp.* is written over an erasure by the hand of the insertor.

* Inserted (see * footnote, p. 74).

Ꝟ eterne deus.[1] Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus unus es dominus non in unius singularitate personę sed in unius trinitate substantię. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus ut in confessione uerę sempiterneque deitatis . et in personis proprietas . et in essentia unitas et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant angeli atque archangeli cherubin quoque ac seraphim qui non cessant clamare una uoce dicentes.

De natiuitate domini.

Ꝟ eternę deus. Quia per incarnati misterium noua mentis nostrę oculis lux tuę claritatis infulsit. Ut dum uisibiliter deum cognoscimus . per hunc inuisibilium amore rapiamur. Et / ideo cum angelis et archangelis. [fo. 67

De epiphania domini.

Ꝟ eterne deus. Quia cum unigenitus tuus in substantia nostrę mortalitatis apparuit in noua nos immortalitatis suę luce reparauit. Et ideo cum angelis 7.

In omnibus festiuitatibus sanctę marię.

Ꝟ eterne deus. Et te in purificatione. Et te in annuntiatione. Et te in assumptione. Et te in natiuitate[2] Beate Marie semper uirginis laudare . benedicere . et predicare. Que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit . et uirginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit ihesum christum dominum nostrum. Per quem maiestatem.

De quadragesima.

Ꝟ eterne deus. Qui corporali ieiunio uitia comprimis mentem eleuas uirtutem / largiris et premia [fo. 67*b* per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli.

[1] The music is given of all these prefaces. J : De Sancta Trinitate prefatio.
[2] J : + [E]t te in ueneratione.

In uigilia et in die paschę.

V͞D equum et salutare. Te quidem omni tempore sed in hac potissimum die . nocte . gloriosius praedicare cum pascha nostrum ymmolatus est[1] christus. Ipse enim uerus est agnus qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit et uitam resurgendo reparauit. Et ideo cum angelis.

In die ascensionis domini.

Æ eternę deus : per christum dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit . et ipsis cernentibus est eleuatus in cęlum . ut nos diuinitatis sue tribueret esse paticipes. Et ideo cum angelis.

In uigilia et in die pentecosten.[2]

V͞D ęterne deus : per christum dominum nostrum. [fo. 68 Qui ascendens super omnes cęlos sedensque ad dexteram tuam promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernę uirtutes atque angelicę potestates ymnum glorię tuę concinunt sine fine dicentes. Sanctus . ii.

In festiuitatibus sancte crucis.

Æ ęternę deus : Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti . ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret. Et qui per lignum uincebat per lignum quoque uinceretur . per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam.

De apostolis.

V͞D equum et salutare. Te domine suppliciter exorare . ut gregem tuum pastor ęternę non deseras sed per beatos apostolos tuos continua protectione custo/dias ut [fo. 68*b* hisdem rectoribus gubernetur quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis.

[1] Inserted above the line.
[2] J : In die pentecost . prefatio.

Gloria[1] in excelsis deo. Gloria in excelsis deo. Ite missa est. Benedicamus domino. Deo gracias. Requiescant in pace. Amen. [G]loria in excelsis. Gloria[2] in excelsis. Gloria in excelsis. [G]loria in excelsis.

[*Collecta.*][3]

Pietate tua quesumus domine deus nostrorum solue uincula omnium delictorum :/ et intercedente beata et gloriosa semperque uirgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis . domnum apostolicum . pontifices nostros . regem nostrum . et omnem plebem illis commissam . et nos famulos tuos . atque[4] loca nostra in omni sanctitate custodi :/ omnesque consanguinitate ac[5] familiaritate confessione . et oratione nobis iunctos . seu omnes christianos a uiciis omnibus purga :/ uirtutibus illustra . pacem et salutem nobis tribue :/ hostes uisibiles et inuisibiles remoue . carnalia desideria repelle . aerem salubrem indulge . amicis et inimicis nostris ueram caritatem largire . incredulos conuerte . uinctis absolutionem . peregrinantibus ad patriam reditum . infirmantibus opem salutis adhibe 7 in omni tribulatione et angustia . nobis clementer succurre . gratiam sancti spiritus nobis infunde . a morte subitanea nos eripe . in bonis operibus perseuerare concede . et ad gaudia eterna peruenire . et omnibus fidelibus uiuis ac[6] defunctis in terra uiuentium :/ uitam et requiem eternam concede. Per eundem dominum. In unitate eiusdem.

Secreta.

Deus qui per singularem unici filii tui corporis hostiam . totius mundi soluisti delicta . hac oblatione placatus . beatissime Marie semper uirginis et omnium sanctorum tuorum intercessione maculas omnium scelerum nostrorum absterge . dona sancti spiritus nobis tribue . et omnium christianorum fidelium uiuorum atque defunctorum peccata dimitte . nobisque eterna premia concede. Per eundem . in unitate eiusdem.

[1] The intonation is given to all these.
[2] The last three glorias are in the margin but in the same hand.
[3] Not in J. This and the two following masses are added in another contemporary hand.
[4] This word is written over an erasure. There has also been something inserted above, but it has been erased and is illegible.
[5] Written over an erasure. This mass is in smaller writing, in the hand, I think, of the Collectar. This part of fo. 68*b* and fo. 69 were left over blank after the writing of the prefaces, and these three masses are additions.
[6] Not in J.

Postcommunio.

Sumpta sacramenta celestia quesumus domine omnia crimina nostra detergant :/ omnemque prauitatem et hostilem rabiem seu infirmitatem atque subitam mortem . / meritis [fo. 69 beatissime Marie semper uirginis . et omnium sanctorum tuorum intercessione a nobis procul repellant . dona sancti spiritus nobis tribuant et omnibus fidelibus uiuis ac defunctis prosint ad ueniam . pro quorum quarumque tibi sunt oblata salute. Per dominum in unitate eiusdem.

Missa mortuorum communis.

[Collecta.]

COncede quesumus domine deus noster . ut anime quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus . et quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus 7 et pro quibus exorare iussi ac debitores sumus . atque omnium consanguineorum ac familiarium cunctorumque fidelium[5] in sinibus sanctorum tuorum requiescant . moxque ex mortuis resuscitati tibi placeant in regione uiuorum. Per.

Secreta.

Hec munera domine que oculis tue maiestatis offerimus animabus famulorum famularumque tuarum . quorum quarumque commemorationem speciali deuotione agimus . et quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus . et pro quibus exorare iussi ac debitores sumus . et omnium consanguineorum ac familiarium cunctorumque fidelium[1] . salutaria concede . ut tua pietate uinculis horrende mortis exute . eterne beatitudinis mereantur esse participes. Per.

Postcommunio.

Deus qui inestimabili misericordia animas mortalium ab angustiis transfers ad requiem . propitiare supplicantibus nobis pro animabus famulorum famularumque tuarum quorum quarumque memoriam speciali affectu agimus . et quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus . et pro quibus exorare iussi ac debitores sumus atque omnium consanguineorum ac familiarium cunctorumque fidelium[1]. ut eas paradiso restituens . in tuorum censeas iustorum sorte. Per.

[1] Written over *defunctorum*, erased.

Missa generalis.[1]

Collecta.

PIetate tua quesumus domine deus nostrorum solue uincula omnium delictorum et beata dei genitricis semper uirginis Marie . sanctarumque omnium celestium uirtutum et beatorum patriarcharum . prophetarum . apostolorum . martyrum . confessorum . uirginum . atque omnium sanctorum tuorum meritis ac precibus placatus domnum papam pontifices et abbates[2] nostros .· seu omnes congregationes illis commissas et nos famulos tuos atque[3] loca nostra[4] in omni sanctitate custodi :/ et da regi nostro atque[5] regine populoque tuo inuiolabilem fidei firmitatem et pacem 7 repelle a nobis hostem . famem . pestem[6] . subitam mortem et omnem inmundiciam . da nobis et omnibus familiaribus nostris in tua uirtute constanciam . et fortitudinem . inmitte[7] hostibus nostris formidinem et inualitudinem . retribue omnibus nobis bona facientibus uite eterne beatitudinem . da inimicis nostris atque persequentibus nos recognitionem et indulgentiam . concede defunctis nostris et omnibus in christo quiescentibus remissionem peccatorum et requiem sempiternam. Per.

Secreta.

In conspectu diuine maiestatis tue quesumus omnipotens deus intercedente sanctissima dei genitrice semper uirgine maria cum omnibus sanctis tuis oblationes nostre et preces acceptabiles ascendant . et tua propitiatione ueniam nobis et pacem tribue . hostem . famem . pestem . subitam mortem et omnem inmundiciam a nobis repelle . fidem spem / [fo. 69*b* caritatem nobis largire . defensione tua nos semper circumtege . hostium nostrorum superbiam[8] contere . omnibus nobis bona facientibus gratie tue habundantiam retribue . discordantes ad pacis bonum conuerte . carnalia desideria repelle . gratiam sancti spiritus nobis infunde . aerem salubrem indulge . iter nostrum et actus nostros . omniumque famulorum famularumque tuarum in salutis tue prosperitate dispone . loca

[1] This is in J.
[2] J : pastores.
[3] J : ac.
[4] J : + et omnem populum catholicum.
[5] J : et.
[6] *Et* has been written before this word and cancelled.
[7] J omits inmitte . . . inualitudinem.
[8] J + et fortitudinem.

nostrarum congregationum ab omni aduersitate defende . et in sancta religione iugiter custodire dignare . auxilii tui super infirmos nostros uirtutem ostende . et omnibus fidelibus tuis uiuis atque defunctis uitam sempiternam largire. Per eundem . eiusdem.

Postcommunio.

Per huius sacramenti mysterium atque uirtutem quesumus domine deus noster omnipotens :' sanctissima dei genitrice semper uirgine maria . et omnibus sanctis tuis intercedentibus uiciorum nostrorum macule deleantur . et preces nostre in conspectu maiestatis tue acceptabiles inueniantur . rex noster et regina populusque tuus a peccatis et uiciis et hostibus liberentur . et fidei rectitudine roborentur . et hostium nostrorum superbia et fortitudo proterantur . pestilentia[1] fames subita mors et omnis immundicia procul pellantur :' bona nobis facientes gratie tue habundantia repleantur . carnalia desideria repellantur . dona sancti spiritus nobis infundantur . iter[2] nostrum et actus nostri omniumque famulorum famularumque tuarum in salutis tue prosperitate disponantur . loca nostra ab omni aduersitate defendantur . et in sancta religione iugiter conseruentur . discordantes in fraternam pacem reuocentur . defuncti nostri requiem consequantur. et omnes fideles tui uite eterne beatitudinem adipisci mereantur. Per eundem.

/ In[3] spritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur domine a te et sic fiat sacrificium nostrum ut a te suscipiatur hodie et tibi placeat domine deus. [fo. 70

Orate pro me fratres ut meum uestrumque pariter sit acceptum domino deo sacrificium istud.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum et aufer a te spiritum elationis. Amen.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te.

[1] J : + et.

[2] J : et iter.

[3] Here the original hand resumes. J begins with Per omnia secula seculorum, but at the bottom of the page a somewhat later hand has written :

Aufer a nobis domine omnes iniquitates nostras :' ut mereamur puris mentibus introire in sancta sanctorum.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te domine . et sic fiat sacrificium nostrum ut a te suscipiatur hodie :' et placeat tibi domine deus.

Orate fratres ut meum uestrumque sacrificium acceptabile sit apud deum patrem omnipotentem.

Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter gloriam tuam magnam. Domine deus rex celestis . deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite ihesu christe. Domine deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus.

Tu solus altissimus. Ihesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris Amen.

Credo in unum deum patrem omnipotentem 7 factorem cęli et terrę 7 uisibilium omnium et inuisibilium 7 et in unum dominum ihesum christum . filium dei unigenitum 7 et ex patre natum ante omnia secula 7 deum de deo 7 lumen de lumine 7 deum uerum de deo uero 7 genitum . non factum 7 consubstantialem patri per quem omnia facta sunt 7 qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cęlis 7 et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria uirgine et homo factus est :/ crucifixus / etiam pro nobis sub pontio [fo. 70*b* pilato 7 passus et sepultus est :/ et resurrexit tercia die secundum scripturas 7 et ascendit in cęlum 7 sedet ad dexteram patris 7 et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos et mortuos 7 cuius regni non erit finis 7 et in spiritum sanctum dominum et uiuificantem qui ex patre filioque procedit 7 qui cum patre et filio simul adoratur . et conglorificatur 7 qui locutus est per prophetas 7 et unam sanctam catholicam . et apostolicam ęcclesiam 7 confiteor unum baptisma . in remissionem peccatorum 7 et expecto resurrectionem mortuorum et :/ uitam futuri seculi Amen.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem quam tibi offero in memoria incarnationis . natiuitatis passionis . resurrectionis . ascensionisque in celum domini nostri ihesu christi . et in ueneratione beatissime Uirginis Marię . et omnium sanctorum tuorum qui tibi placuerunt ab initio mundi . ut illis proficiat ad honorem nobis autem ad salutem . ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in cęlis quorum memoriam facimus in terris. Qui uiuis.

Oratio sacerdotis coram altari . ante missam.[1]

[A]nte conspectum diuine maiestatis tue deus reus assisto qui inuocare nomen tuum presumo. Miserere mihi homini peccatori . ignosce indigno sacerdoti . per cuius manus hec oblatio uidetur offerri . parce polluto labe capitalium criminum

[1] The following prayer is in another hand of about the same date.

pre ceteris. Et non intres in iudicium cum seruo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Sed licet uiciis ac uoluptatibus carnis aggrauatus sim :/ recordare domine quod caro sum :/ etiam celi in conspectu tuo non sunt mundi . quanto magis ego homo terrenus immundus sicut pannus menstruate :/ Sed tu domine qui non uis mortem peccatoris . da mihi ueniam in carne constituto . ut per paciencie labores . uita eterna perfrui marear . per te ihesu christe saluator mundi. Qui cum.

/ PER[1] OMNIA SECULA SECULORUM. AMEN. [fo. 71
DOMINUS UOBISCUM.
ET CUM SPIRITU TUO.
Sursum corda.
Habemus ad dominum.
Gracias agamus domino deo nostro.
Dignum et iustum est.

UERE DIGNUM ET IUSTUM EST ęquum et salutare. Nos tibi semper et ubique gracias agere . domine sancte pater omnipotens ęterne deus . per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli . adorant dominationes . tremunt potestates. Cęli cęlorum uirtutes ac beata seraphin :/ socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras uoces ut admitti iubeas deprecamur . supplici confessione dicentes. Sanctus. Sanctus. / Sanctus. [fo. 71*b*

ET ideo cum angelis et archangelis :/ cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia cęlestis exercitus :/ hymnum glorię tuę canimus :/ sine fine dicentes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus sabbaoth.

QUem laudant angeli atque archangeli cherubin quoque ac seraphin :/ qui non cessant clamare una uoce dicentes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus sabbaoth.

Gloria in excelsis deo.[2] Gloria in excelsis deo.[3]

[1] Here J begins. The initial *P* is 6¼ inches high, in red, blue and green. The first three lines of the page, down to *spiritu tuo*, and the words *Uere dignum et iustum est* are in capital letters of ¼-inch, in red. blue, and green. The initial *U* of *Uere* is in green and red and is rather less than ⅜-inch. The music is given.

[2] Not in J.

[3] These two intonations are the same as the first two on fo. 68*b*.

TE[1] IGITUR CLEMENTISSIME PATER per ihesum christum filium tuum dominum nostrum . supplices rogamus et petimus uti accepta habeas . et benedicas[2] . hęc ✠ dona . hęc ✠ munera. hęc ✠ sancta sacrificia illibata.

In primis quę tibi offerimus pro ęcclesia tua sancta catholica . quam pacificare . custodire . adunare et regere digneris toto orbe terrarum . una cum famulo tuo papa nostro . ill . et antistite nostro . ill . et rege nostro . N . et omnibus orthodoxis atque catholicę et apostolicę fidei cultoribus.

Memento domine famulorum famularumque tuarum. / [fo. 72 et omnium circumstantium . quorum tibi fides cognita est et nota deuotio . qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus . pro redemptione animarum suarum . pro spe salutis et incolumitatis suę tibi reddunt uota sua ęterno deo uiuo et uero.

Communicantes et memoriam uenerantes.

In primis gloriosę semper uirginis Marię genitricis dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum . tuorum. Petri. Pauli. Andree. Iacobi.[3] Iohannis. Thome. Iacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Simonis . et[3] Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Syxti. Cornelii. Cipriani. Laurentii. Grisogoni. Iohannis . et . Pauli. Cosme et . Damiani . et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas . ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio . per eundem christum[4] dominum nostrum.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostrę sed et cunctę familię tuę. quesumus domine ut placatus accipias. diesque nostros in tua pace disponas . atque ab ęterna dampnatione nos eripi . et in electorum tuorum iubeas grege numerari . per christum dominum nostrum.

QUam oblationem tu deus in omnibus quesumus bene✠dictam . ascrip✠tam . ra✠tam rationabilem . acceptabilemque facere digneris . ut nobis cor✠pus et san✠guis fiat dilectissimi filii tui domini dei nostri ihesu christi.

QUi pridie quam pateretur . accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas . eleuatis oculis in cęlum ad te deum patrem suum omnipotentem tibi gratias agens . bene✠-

[1] The initial *T* of the *Te igitur* is 3½ inches and in red, blue and green. The first words are in capitals in the same colours. The crosses are in red.
[2] There is a cross over this word in J.
[3] Inserted in the margin in J in a different hand.
[4] Inserted above the line.

dixit. / fregit . dedit discipulis suis dicens . accipite [fo. 72*b* et manducate ex hoc omnes . hoc est enim corpus meum.

SImili modo postea quam cenatum est accipiens et hunc praeclarum calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas item tibi gratias agens . ✠ benedixit . dedit discipulis suis dicens . accipite et bibite ex eo omnes . hic est enim calix sanguinis mei noui et ęterni testamenti misterium fidei . qui pro uobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum . hęc quotiescumque feceritis . in mei memoriam facietis.

VNde et memores domine nos serui . sed et plebs tua sancta christi filii tui domini dei nostri beatę passionis . necnon et ab infernis resurrectionis . sed et in cęlos gloriosę ascensionis offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis . ✠ hostiam[1] puram . ✠ hostiam sanctam . ✠ hostiam immaculatam . ✠ panem[2] sanctum uitę eternę . et ✠ calicem salutis perpetuę.

SUpra quę propicio ac sereno uultu respicere digneris . et accepta habere sicut accepta habere dignatus es munera . pueri tui iusti abel . et sacrificium patriarchę nostri abrahę . et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedec . sanctum sacrificium . immaculatam hostiam.

SUpplices te rogamus omnipotens deus iube hęc perferri per manus sancti angeli tui in sullime altare tuum in conspectu diuinę maiestatis tuę ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui ✠ corpus et ✠ sanguinem sumpserimus . / omni benedictione[3] cęlesti et gratia repleamur . per [fo. 73 eundem christum.

MEmento etiam domine famulorum famularumque tuarum . iłł . et iłł[4]. qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsis et omnibus in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis ut indulgeas deprecamur . per eundem christum dominum nostrum.

NObis quoque ✠ peccatoribus[5] famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus . partem aliquam et societatem donare digneris . cum tuis sanctis apostolis et martyribus . cum . Iohanne . Stephano . Mathia . Barnaba .

[1] In J the crosses are over *puram, sanctam, immaculatam.*
[2] In J this cross is in black ink.
[3] In J there is a cross over this word.
[4] J omits *et iłł*.
[5] The sign over this word does not occur in J.

Ignatio . Alexandro . Marcellino . Petro . Felicitate . Perpetua . Agatha . Lucia . Agna . Cecilia . Anastasia . et cum omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium non estimator meriti . sed uenię quesumus[1] largitor admitte per christum dominum nostrum.

PEr quem hęc omnia domine semper bona creas 7 sa✠nctificas 7 uiui✠ficas 7 be✠nedicis 7 et prestas nobis . per i✠psum . et cum i✠pso[2]. et in i✠pso . est tibi deo patri[3] omnipotenti . in unitate spiritus sancti omnis honor et gloria.

PEr omnia secula seculorum Amen.

Oremus . Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati . audemus dicere.

PAter noster qui in cęlis . sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in cęlo et in terra. / Panem nostrum cotidianum da nobis [fo. 73*b* hodie. Et dimitte nobis debita nostra . sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris . et intercedente beata et gloriosa semper uirgine dei genitrice Maria . et beatis apostolis tuis . petro . et paulo . atque andrea . cum omnibus sanctis . da propicius pacem in diebus nostris . ut ope misericordię tuę adiuti . et a peccato simus semper liberi . et ab omni perturbatione securi . per eundem dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum uiuit et regnat deus in unitate spiritus sancti.

PEr omnia secula seculorum Amen.

P✠Ax domini s✠it semper u✠obiscum.

Et cum spiritu tuo.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Hęc sacrosancta commixtio corporis et sanguinis domini nostri ihesu christi . sit nobis domine et omnibus sumentibus salus mentis et corporis . et ad uitam ęternam promerendam et capessendam prepara'tio salutaris. Amen.

[1] q̄s is written over an erasure.
[2] In J this cross is in black ink.
[3] In J there is a cross over this word.

/ DOmine[1] ihesu christe fili dei uiui qui ex uoluntate [fo. 74 patris cooperante spiritu sancto per mortem tuam mundum uiuificasti libera nos obsecro per hoc sacrum corpus et sanguinem tuum ab omnibus malis et uniuersis iniquitatibus nostris . et fac nobis tuis semper obedire mandatis : et a te imperpetuum numquam nos permittas separari. Qui[2] cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

AGimus tibi deo patri gratias pro iam beatificatis postulantes eorum interuentu nos apud te adiuuari . pro hiis autem qui adhuc in locis purgatoriis sunt immolamus tibi patri filium supplicantes . ut per hanc sacrosanctam hostiam eorum pena et leuior sit et breuior. Pro nobis autem miseris quos adhuc grauant peccata carnis et sanguinis immolamus tibi patri filium obsecrantes ut peccata que ex carne et sanguine contraximus . caro mundet et sanguis lauet domini nostri ihesu christi. Qui tecum.

Corpus domini nostri ihesu christi mihi maneat ad salutem et conseruet animam meam[3] in uitam eternam . amen.

Sanguis domini nostri ihesu christi mihi maneat ad salutem et conseruet corpus meum et animam meam in uitam eternam . amen.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee et presta ut hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus optuli tibi sit acceptabi / le mihique et omnibus pro [fo. 74*b* quibus illud optuli sit te miserante propiciabile in uitam eternam Qui uiuis et regnas.

OFFICIUM . IN FESTO TRANSSUBSTANCIACIONIS CORPORIS CHRISTI.[4]

CIbauit eos ex adipe frumenti alleluia et de . petra melle saturauit eos . alleluia alleluia alleluia. *Sicut in principali festo.*

Ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob.

[1] Ff. 74 and 75, are inserted evidently for the sake of the prayer *Agimus tibi deo patri,* and possibly also to include the form *Sanguis domini nostri* which is in J. but did not originally occur here. The prayer *Agimus tibi* was originally written in a small hand more or less contemporary with the original hand, at the bottom of fo. 76 and is erased. It is written in a rather later hand in the right-hand margin of fo. 76, and was erased doubtless at the time of the insertion of the two folios. J agrees with inserted folios in matter and order. At the bottom of fo. 73*b* the first line of the prayer *Domine ihesu christe,* which goes on in the original in fo. 76, is erased and rewritten on the inserted page.

[2] In the margin of J the ending of this prayer is corrected to: Qui cum deo patre in unitate eiusdem spiritus sancti uiuis . et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen. The correction is in a contemporary hand.

[3] J has: corpus meum et animam meam.

[4] This is an addition in an untidy hand of the fourteenth century.

Oracio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti . tribue quesumus :' ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria uenerari . ut redempcionis tue fructum in nobis iugiter senciamus. Qui uiuis et regnas cum deo patre in unitate beati spiritus deus :' per omnia.

Ad corinthios (I. xi. 23–29).

Fratres :' Ego accepi a domino . . . . non diiudicans corpus domini.

Graduale.

Oculi omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno.

℣. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benediccione.

Alleluia ℣. Caro mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo.

Secundum Iohannem (vi. 56–59).

/ In illo Tempore. Dixit ihesus discipulis suis et[1] [fo. 75 turbis iudeorum. Caro mea uere est cibus . . . . . uiuet in eternum.

Credo in unum et prefatio. Quia per incarnati uerbi mysterium.

Offertorium.

Sicut uiuens misit me pater et ego uiuo propter patrem et qui manducat me et ipse uiuet propter me . alleluia alleluia.

Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine unitatis et pacis dona concede . que sub oblatis :' muneribus mistice designantur. Per dominum.

Communio.

Quocienscunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec ueniat itaque quicunque manducauerit panem hunc uel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini alleluia.

Post communionem.

Fac nos quesumus domine diuinitatis tue sempiterna fruicione repleri . quam preciosi corporis et sanguinis tui temporalis percepcio prefigurat. Qui uiuis . et c.

[1] There is an erasure before *ihesus*, and *discipulis suis et* has been added above the line.

[Domine iesu christe fili dei uiui qui ex uoluntate patris cooperante spiritu] / sancto[1]. per mortem tuam [fo. 76[2] mundum uiuificasti libera me obsecro per hoc sacrum corpus et sanguinem tuum ab omnibus malis et uniuersis iniquitatibus nostris[3] . et fac nos[4] tuis semper obedire mandatis :' et a te imperpetuum nunquam nos[4] permittas separari. Qui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum . Amen.

Corpus domini nostri ihesu christi michi[5] maneat ad salutem . et conseruet animam meam[6] in uitam eternam amen.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis meę . et presta ut hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli . tibi sit acceptabile . mihique et omnibus pro quibus illud obtuli . sit te miserante propiciabile in uitam ęternam. Qui uiuis et regnas per omnia secula seculorum amen.

IN UIGILIA NATALIS DOMINI . AD HANC MISSAM NON DICITUR NISI UNA COLLECTA TANTUM . NEC GLORIA IN EXCELSIS DEO CANTATUR.

Collecta.

DEus qui nos redemptionis nostrę annua expectatione letificas :' presta ut unigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus 7 uenientem quoque iudicem securi uideamus . dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum uiuit.

Secreta.

Da nobis quesumus omnipotens deus . ut sicut adoranda filii tui natalicia preuenimus . sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecum.

Hac die non uadit conuentus ad pacem.

Post communionem.

Da nobis domine quesumus unigeniti filii tui recensita natiuitate respirare 7 cuius celesti misterio pascimur et potamur . per eundem.

[1] Here the original hand resumes. The first line of this prayer is erased on fo. 73*b*, as the prayer is rewritten on the inserted pages.
[2] Fo. 75*b* is blank.
[3] *uel meis* written above.
[4] *uel me* written above.
[5] *uel tibi* written above.
[6] *uel tuam* written above.

Missa de nocte ad sanctam Mariam maiorem.

Collecta.

/ DEus qui hanc sacratissimam noctem . ueri luminis [fo. 76*b* fecisti illustratione clarescere :/ da quesumus ut cuius lucis misteria in terra cognouimus 7 eius quoque gaudiis in cęlo perfruamur. Qui tecum.

Hic non dicitur nisi una collecta tantum. Gloria in excelsis deo et credo cantatur.

Secreta.

Accepta tibi sit domine quesumus hodiernę festiuitatis oblatio . ut tua gratia largiente per hęc sacrosancta commercia in illius inueniamur forma . in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum.

Prefacio Quere ante. ⊕ ęterne deus. Quia per incarnati.

Infra actionem.

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes . qua beatę Marię intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam uenerantes eiusdem gloriosę semper uirginis Marię genitricis dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum.

Nec ad hanc missam uadit conuentus ad pacem.

Post communionem.

Da nobis quesumus domine deus noster :/ ut qui natiuitatem domini nostri ihesu christi nos frequentare gaudemus 7 dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire consortium. Qui ecum.

Missa de mane ad sanctam Anastasiam.

Collecta.

DA quesumus omnipotens deus ut qui noua incarnati uerbi tue luce perfundimur hoc in nostro resplendeat opere quod per fidem fulget in mente per eundem.

Collecta de sancta Anastasia.

Da quesumus omnipotens deus :/ ut qui beatę anastasię martyris tue sollempnia colimus 7 eius apud te patrocinia sentiamus . per.

Gloria in excelsis deo dicatur . et finita collecta de sancta anastasia mox lectio subsequatur.

Secreta.

/ Munera nostra quesumus domine natiuitatis ho- [fo. 77 dierne misteriis apta proueniant . ut sicut homo genitus . idem refulsit deus . sic nos[1] hęc terrena substantia . conferat quod diuinum est . per eundem.

Alia secreta.

Accipe quesumus domine munera dignanter oblata . et beatę anastasię suffragantibus meritis . ad nostre salutis auxilium prouenire concede . per.

Credo in unum.

Prefatio. Quere ante te igitur. ⊕ ęterne deus :' Quia per incarnati uerbi misterium.[2]

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes . quo beatę Marię intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam uenerantes eiusdem gloriosę semper uirginis Marię genitricis dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum.

Post communionem.

Huius nos domine sacramenti semper nouitas natalis instauret 7 cuius natiuitas singularis humanam reppulit uetustatem per eundem.

Alia Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :' eius quesumus semper interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

In die ad missam.

Collecta.

COncede quesumus omnipotens deus :' ut nos unigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet 7 quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet . per eundem.

Gloria in excelsis . et Credo in unum.

Secreta.

Oblata domine munera noua unigeniti tui natiuitate sanctifica . nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda . per eundem.

[1] *Leg.*, nobis.
[2] The two last words are in red.

Prefacio.

VD ęterne deus :' Quia per incarnati uerbi.

| *Infra actionem.* [fo. 77*b*

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo beatę Marię intemerata uirginitas . huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam uenerantes eiusdem gloriosę semper Uirginis.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens deus :' ut natus hodie saluator mundi . sicut diuinę generationis est auctor 7 ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum.

Hec missa per totam septimanam semel in die dicetur et Gloria in excelsis . et prefatio . et communicantes . ceterę collectę hoc ordine dicentur. In Die s. Stephani ad matutinam missam. Prima collecta. Concede quesumus omnipotens . *secunda.* Da nobis quesumus domine. *In die . Sancti iohannis prima collecta.* Concede quesumus omnipotens . *secunda.* Ęcclesiam tuam. *Tertia.* Da nobis quesumus domine. *In die sanctorum innocentum prima collecta.* Concede quesumus . *secunda.* Deus cuius hodierna die preconium . *iii.* Da nobis. *iiii.* Ecclesiam tuam. *Reliquis autem diebus . qui secuntur . i^a . collecta.* Concede quesumus . *ii.* Da nobis quesumus. *iii.* Ecclesiam tuam. *iiii.* Deus cuius hodierna die preconium. *Deinde consuetudinarie collecte quę per annum solent excepto quod in die Sancti Siluestri primo loco interponetur hęc collecta.* Da quesumus omnipotens deus.[1]

IN OCTAUIS DOMINI AD SANCTAM MARIAM AD MARTYRES.

Collecta.

DEus qui salutis eternę beatę Marię uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti 7 tribue quesumus :' ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus 7 per quam meruimus auctorem | uitę suscipere . dominum nostrum ihesum [fo. 78 christum.

Gloria in excelsis deo.

Credo in unum.

[1] In a very small contemporary hand at the bottom of the page is written : In die Sancti Thome . ii (*sic*) Concede . ii . Infirmitatem nostram . iii . Da nobis . iiii . Ecclesiam . v . Deus cuius hodierna die.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et celestibus nos munda misteriis et clementer exaudi . per.

Prefacio require in die.

Ⓥ ęterne deus. Quia per incarnati uerbi.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes . qua beatę Marię intemerata uirginitas huic mundo edidit salua-torem. Sed et memoriam uenerantes.

Post communionem.

Hęc nos communio domine purget a crimine 7 et cęlestis remedii faciat esse consortes . per.

In die circumcisionis.

PRefacio . et communicantes ad utramque Missam dicantur. Ipsa uero missa scilicet Deus qui salutis. *Per iiii^or^ dies qui secuntur pro commemoratione natalis domini repetatur.*

In uigilia epiphanię domini.

Collecta.

COrda nostra quesumus domine uenturę festiuitatis splendor illustret : quo mundi huius tenebris carere ualeamus 7 et perueniamus ad patriam claritatis eternę . per.

Secreta.

Tribue quesumus domine ut cum presentibus immolemus sacrificiis et sumamus quod uenturę sollempnitatis pia munera prelocuntur . per.

Post communionem.

Illumina quesumus domine populum tuum 7 et splendore glorię tuę cor eius semper accende : ut saluatorem suum et incessanter agnoscat 7 et ueraciter apprehendat . dominum nostrum.

IN DIE EPIPHANIĘ AD SANCTUM PETRUM.

Collecta.

DEus qui hodierna die unigenitum tuum / gen- [fo. 78*b* tibus stella duce reuelasti 7 concede propicius :/ ut qui iam te ex fide cognouimus 7 usque ad contemplandam speciem[1] tuę celsitudinis perducamur . per eundem.

Gloria in excelsis.

Credo.

Secreta.

Ecclesię tuę quesumus domine dona propicius intuere . quibus non iam aurum thus et mirra profertur . sed quod eisdem muneribus declaratur . immolatur . et sumitur. Ihesus[2] christus filius tuus dominus noster. Qui tecum.

[*Prefacio.*]

VD ęternę deus :/ Quia cum unigenitus.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes . quo unigenitus tuus . in tua tecum gloria coęternus in ueritate carnis nostrę uisibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam uenerantes gloriosę semper uirginis Marię genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens deus ut que sollempni celebramus officio purificate mentis intelligentia consequamur per eundem.[3]

Superior prefacio et communicantes tantummodo in die epiphanię dicentur . et tunc ad utramque Missam.

DOMINICA POST NATALE DOMINI.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo 7 ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare . per . eundem.

[1] This word is written above the line.

[2] These last words are in another hand.

[3] *per eundem* is cancelled by black dots underneath and a red penstroke through it. In the following rubric *tantummodo* and *ex tunc* are cancelled by a black penstroke, and *et per Octabas* is inserted above the line in a thirteenth-century hand after *ad utramque missam.*

Secreta.

Concede quesumus domine ut oculis tuę maiestatis munus oblatum . et gratiam nobis deuotionis obtineat . et effectum beatę perhennitatis adquirat . per.

Post communionem.

Per huius domine operationem misterii . et uicia nostra purgentur 7 et iusta desideria compleantur . per.

Si contigerit ut superior Missa dicatur in dominica ante circumcisionem domini hęc / collecta de natiuitate. Concede quesumus omnipotens : ut nos. *Dicetur . non . tamen prefacio nec communicantes . si autem ipsa die* Deus qui salutis eternę. [fo. 79

DOMINICA. Ia. POST EPIPHANIAM UEL POST. [OCTAUAS ?]

Collecta.

UOta quesumus domine supplicantis populi cęlesti pietate prosequere :' ut et quę agenda sunt uideant 7 et ad implenda quę uiderint conualescant . per.

Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium uiuificet nos semper et muniat . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus :' ut quos tuis reficis sacramentis 7 tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas . per.

DOMINICA. IIa. POST THEOPHANIAM.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . qui celestia simul et terrena moderaris : supplicationes populi tui clementer exaudi 7 et pacem tuam nostris concede temporibus . per.

Secreta.

Oblata domine munera sanctifica . nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Augeatur in nobis quesumus domine tuę uirtutis operatio :' ut diuinis uegetati sacramentis 7 ad eorum promissa capienda tuo munere preparemur . per.

DOMINICA. IIIa. POST THEOPHANIAM.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus infirmitatem nostram propicius respice 7 atque ad protegendum nos dexteram tuę maiestatis extende. per.

Secreta.

Hęc hostia domine quesumus emundet nostra delicta . et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque santificet . per dominum nostrum.

Post communionem.

Quos tantis domine largiris uti misteriis 7 quesumus ut effectibus eorum ueraciter aptare digneris . per.

DOMINICA. IIIIta. POST THEOPHANIAM.

Collecta.

DEus qui nos in tantis periculis constitutos . pro humana scis fragili/tate non posse subsistere 7 da nobis [fo. 79*b* salutem mentis et corporis :/ ut ea quę pro peccatis nostris patimur 7 te adiuuante uincamus . per.

Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus . ut . huius sacrificii munus oblatum . fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat . per .

Post communionem.

Munera tua nos deus . a delectationibus terrenis expediant 7 et celestibus semper instruant alimentis . per.

DOMINICA. V. POST THEOPHANIAM.

[*Collecta.*]

FAmiliam tuam quesumus domine continua pietate custodi :/ ut quę in sola spe gratię celestis innititur 7 tua semper protectione muniatur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus . ut et delicta nostra miseratus absoluas 7 et nutantia corda tu dirigas . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :' ut illius salutaris capiamus effectum 7 cuius per hęc misteria pignus accepimus . per.

DOMINICA. UIta. POST THEOPHANIAM.

[*Collecta.*]

COnserua populum tuum deus . et tuo nomini fac deuotum 7 ut diuinis subiectus officiis . et temporalia uiriliter et ęterna dona percipiat . per.

Secreta.

Hęc nos oblatio deus mundet quesumus et renouet . et gubernet et protegat . per.

Post communionem.

Cęlestibus domine pasti deliciis 7 quesumus ut semper eadem per quę ueraciter uiuimus appetamus . per.

DOMINICA IN. LXXa. AD SANCTUM LAURENTIUM FORIS MURUM.

AB hinc usque ad pascham non dicitur Gloria in.

Collecta.

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi :' ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur 7 pro tui nominis gloria misericorditer liberemur . per dominum nostrum.

/ *Secreta.* [fo. 80

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et cęlestibus nos munda misteriis . et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Fideles tui deus per tua dona firmentur :' ut eadem percipiendo requirant 7 et querendo sine fine recipiant . per.

DOMINICA IN. LX. STATIO AD SANCTUM PAULUM.

Collecta.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus 7 concede propicius :' ut contra aduersa omnia doctoris gentium protectione muniamur . per.

Secreta.

Oblatum domine tibi sacrificium uiuificet nos semper et muniat . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus : ut quos tuis reficis sacramentis :' tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas . per.

DOMINICA IN. L. STATIO AD SANCTUM PETRUM.

Collecta.

PReces nostras quesumus domine clementer exaudi :' atque a peccatorum uinculis absolutos 7 ab omni nos aduersitate custodi . per.

Secreta.

Hęc hostia domine quesumus mundet nostra delicta et sacrificium celebrandum . subditorum tibi corpora mentesque sanctificet . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :' ut qui cęlestia alimenta percepimus 7 per hęc contra omnia aduersa muniamur . per.

Hęc missa . nec . III. feria . nec ultra dicetur. Oremus flectamus genua . leuate.

FERIA. IIII.[1] CAPITE IEIUNII. AD SANCTAM SABINAM.

Collecta.

Presta domine fidelibus tuis :' ut ieiuniorum ueneranda sollempnia . et congrua pietate suscipiant 7 et secura deuotione percurrant . per.

| *Secreta.* [fo. 80*b*

Fac nos quesumus domine his muneribus offerendis conuenienter aptari . quibus ipsius uenerabilis sacramenti celebramus exordium . per.

[1] Originally written .iii. ; corrected in black to .iiii. Probably the iii. above should be iiii.

Prefacio.

VD eternę deus. Qui corporali ieiunio.

Hęc prefatio cotidie usque ad cenam domini exceptis dominicis diebus repetatur.

Post communionem.

Percepta nobis domine prebeant sacramenta subsidium : ut et tibi grata sint nostra ieiunia 7 et nobis proficiant ad medelam . per.

Super populum

humiliate capita uestra deo.

Inclinantes se domine maiestati tue propiciatus intende : ut qui diuino munere sunt refecti 7 celestibus semper nutriantur auxiliis . per.

FERIA V AD SANCTUM GREGORIUM.†

Collecta.

DEus qui culpa offenderis . penitentia placaris : preces populi supplicantis propicius respice 7 et flagella tuę iracundię que pro peccatis nostris meremur auerte . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus quesumus domine intende placatus . ut et deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

Post communionem.

Cęlestis doni benedictionis percepta supplices te deus omnipotens deprecamur 7 ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit . et salutis . per.

Super populum.

Parce domine parce populo tuo : ut dignis flagellationibus castigatus 7 in tua miseratione respiret . per.

FERIA. VIa. ET SABBATO AD SANCTUM IOHANNEM ET PAULUM.

Collecta.

INchoata ieiunia quesumus domine benigno fauore prosequere : ut obseruantiam quam corporaliter exhibemus 7 mentibus etiam sinceris exercere ualeamus . per.

Secreta.

Sacrificium domine obseruantię paschalis offerimus 7 presta quesumus :' ut tibi et mentes nostras reddat acceptas . et continentię / promptioris tribuat facultatem . per. [fo. 81

Post communionem.

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde :' ut quos uno pane celesti saciasti 7 tua facias pietate concordes . per.

Super populum.

Tuere domine populum tuum 7 et omnibus peccatis clementer emunda :' quia nulla ei nocebit aduersitas 7 si nulla dominetur iniquitas . per.

DOMINICA. Ia. IN. XL. AD SANCTUM IOHANNEM IN LATERANIS.

Collecta.

DEus qui ęcclesiam tuam annua quadragesimę obseruatione purificas :' presta familie tue :' ut quod a te obtinere abstinendo nititur 7 hoc bonis operibus exequatur . per.

Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initii sollempniter immolamus te domine deprecantes . ut cum epularum restriccione carnalium a noxiis quoque uoluptatibus temperemur . per.

Post communionem.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret 7 et a uetustate purgatos . in misterii salutaris faciat transire consortium . per.

FERIA. IIa. AD SANCTUM PETRUM AD UINCULA.

Collecta.

COnuerte nos deus salutaris noster :' et ut nobis ieiunium quadragesimale proficiat 7 mentes nostras cęlestibus instrue disciplinis . per.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica . nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Salutaris tui domine munere saciati . supplices exoramus :' ut cuius letamur gustu 7 renouemur effectu . per.

Super populum.

Absolue quesumus domine nostrorum uincula peccatorum 7 et quicquid pro eis meremur propiciatus auerte . per.

/ FERIA. IIIa.[1] AD SANCTAM ANASTASIAM. [fo. 81*b*

Collecta.

RESPICE domine familiam tuam :/ et presta ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat 7 quę se carnis maceratione castigat . per.

Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus . et a cunctis nos defende periculis . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :/ ut illius salutaris capiamus effectum 7 cuius per hęc misteria pignus accepimus . per.

Super populum.

Ascendant ad te domine preces nostrę 7 et ab ęcclesia tua cunctam repelle nequitiam . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTAM MARIAM MAIOREM.

HIc non[2] dicitur Dominus uobiscum. Oremus Flectamus genua. Leuate.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi 7 et contra cuncta nobis aduersantia dexteram tuę maiestatis extende . per.

Qua finita statim sequatur Lectio.

Dixit dominus ad moysen (Ex. xxiv. 12).

Graduale.

Tribulationes cordis.

℣. Uide humilitatem.

Hic dicitur[3] dominus uobiscum . oremus flectamus genua.

[1] *Feria tercia* is written also at the bottom of fo. 81.
[2] Added above the line.
[3] *dicitur* is written over an erased *non dicitur*.

Collecta.

Deuotionem populi tui quesumus domine benignus intende :/ ut qui per abstinentiam macerantur in corpore 7 per fructum boni operis reficiantur in mente . per.

Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus . ut et delicta nostra miseratus absoluas . et nutantia corda tu dirigas . per.

Post communionem.[1]

Tui domine perceptione sacramenti . et a nostris mundemur occultis et / ab hostium liberemur insidiis . per. [fo. 82

Super populum.[1]

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra :/ ut uidere possimus quę agenda sunt . et que recta sunt agere ualeamus . per.

FERIA. Va. AD SANCTUM LAURENTIUM FORIS MURUM.

Collecta.

DEuotionem populi tui quesumus domine benignus intende :/ ut qui per abstinentiam macerantur in corpore 7 per fructum boni operis reficiantur in mente . per.

Secreta.

Sacrificia domine quesumus propicius ista nos saluent . quę medicinalibus sunt instituta ieiuniis, per.

Post communionem.

Tuorum nos domine largitate donorum . et temporalibus attolle presidiis 7 et renoua sempiternis . per.

Super populum.

Da quesumus domine populis christianis et quę profitentur agnoscere 7 et cęleste munus diligere quod frequentant . per.

FERIA. VIa. AD APOSTOLOS.

Collecta.

ESto domine propicius plebi tue :/ et quam tibi facis esse deuotam 7 benigno refoue miseratus auxilio . per.

[1] These prayers are written in the MS. in reverse order, but their order is corrected by B. A. against them in the margin.

Secreta.

Suscipe quesumus domine nostris oblata seruiciis . et tua dona propicius sanctifica . per.

Post communionem.

Per hujus domine operationem misterii . et uicia nostra purgentur 7 et iusta desideria impleantur . per.

Super populum.

Exaudi nos misericors deus 7 et mentibus nostris gratię tuę lumen ostende . per.

SABBATO IN DUODECIMA LECTIONE† AD SANCTUM PETRUM.

Hic non dicitur dominus uobiscum usque post benedictus. Sed oremus flectamus genua.

Collecta.

Populum tuum domine quesumus propicius respice 7 atque ab eo flagella tuę iracundię clementer auerte . per.

Lectio. Ia.

Locutus est moyses. (Deut. xxvi. 15.)

Graduale.

Propicius.

℣. Adiuua nos.

Oremus flectamus genua.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos . pro humana scis fragilitate non posse subsistere da nobis salutem mentis / et corporis : ut ea quę pro peccatis nostris patimur 7 [fo. 82*b*. te adiuuante uincamus . per.

Lectio. IIa.

Dixit moyses filiis israel. (Deut. x. 22.)

Graduale.

Protector noster.

℣. Domine deus uirtutum.

Oremus flectamus genua.

Protector noster aspice deus : ut qui malorum nostrorum pondere premimur 7 percepta misericordia . libera tibi mente famulemur . per.

Lectio. IIIa.

Orationem faciebant. (2 Macc. i. 2.)

Graduale.

Dirigatur oratio.

℣. Eleuatio.

Oremus flectamus genua.

Collecta.

Adesto domine quesumus supplicationibus nostris ut esse te largiente mereamur . et inter prospera humiles et inter aduersa securi . per.

Lectio. IIII.

Miserere nostri deus. (Ecclus. xxxvi. 1.)

Graduale.

Saluum fac.

℣. Ad te domine.

Oremus flectamus genua.

Acciones nostras domine aspirando preueni . et adiuuando prosequere :⁄ ut cuncta nostra operatio . et a te semper incipiat 7 et per te cepta finiatur . per.

Lectio. Va.

Angelus domini descendit. (Dan. iii. 49.)

Ymnus.

Benedictus.

Hic dicitur [*Dominus*] *uobiscum sine flectamus genua.*

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium 7 concede propicius :⁄ ut nos famulos tuos non exurat flamma uiciorum . per.

Hac collecta finita mox sequatur apostolica lectio. Rogamus uos. (1. Thess. v. 14.)

Secreta.

Presentibus sacrificiis ieiunia nostra sanctifica . ut quod obseruantia nostra profitetur extrinsecus . interius operetur . per.

Post communionem.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus et uicia nostra curentur 7 et remedia nobis ęterna proueniant . per.

DOMINICA. IIa. AD SANCTUM PAULUM.

Collecta.

DEus qui conspicis omni nos uirtute destitui 7 interius exteriusque custodi :' ut et ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore 7 et a pra/uis cogitationibus [fo. 83 mundemur in mente . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine deus intende placatus . et ut deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus :' ut quos tuis reficis sacramentis 7 tibi eciam placitis moribus deseruire concedas . per.

FERIA. IIa. AD SANCTUM CLEMENTEM.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :' ut familia tua quę se affligendo carne ab alimentis abstinet 7 sectando iusticiam a culpa ieiunet . per.

Secreta.

Hęc hostia domine placationis et laudis . tua nos propiciatione dignos efficiat . per.

Post communionem.

Hęc nos communio domine purget a crimine 7 et celestis remedii faciat esse consortes . per.

Super populum.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus :' et quibus fiduciam sperandę pietatis indulges 7 consuetę misericordię tribue benignus effectum . per.

FERIA. IIIa. AD SANCTAM SABINAM.

Collecta.

PErfice quesumus domine benignus in nobis obseruantię sanctę subsidium :' ut quę te auctore facienda cognouimus 7 te operante compleamus . per.

Secreta.

Sanctificationem tuam nobis domine his misteriis placatus operare . quę nos et a terrenis purget uitiis et ad cęlestia dona perducat . per.

Post communionem.

Ut sacris domine reddamur digni muneribus 7 fac nos tuis quesumus obedire mandatis . per.

Super populum.

Propiciare domine supplicationibus nostris 7 et animarum / nostrarum medere languoribus :/ ut remissione per- [fo. 83*b* cepta de tua semper benediccione letemur . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTAM CECILIAM.

Collecta.

POpulum tuum domine propicius respice :/ et quos ab escis carnalibus precipis abstinere 7 a noxiis quoque uiciis cessare concede . per.

Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice . et per hęc sancta commertia uincula peccatorum nostrorum absolue . per.

Post communionem.

Sumptis domine sacramentis 7 ad redemptionis eternę quesumus proficiamus augmentum . per.

Super populum.

Deus innocentię restitutor et amator 7 dirige ad te tuorum corda seruorum :/ ut spiritus tui feruore concepto . et in fide inueniantur stabiles 7 et in opere efficaces . per.

FERIA. Va. AD SANCTUM MARIAM TRANS TIBERIM.

Collecta.

PResta nobis domine quesumus auxilium gratię tuę :/ ut ieiuniis et orationibus conuenienter intenti 7 liberemur ab hostibus mentis et corporis . per.

Secreta.

Presenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent . ut quod obseruantia nostra profitetur exterius . interius operetur effectu . per.

Post communionem.

Gracia tua nos quesumus domine non derelinquat 7 quę nobis opem semper adquirat . per.

Super populum.

Adesto domine famulis tuis 7 et perpetuam benignitatem largire poscentibus : ut his qui te auctore et gubernatore gloriantur . et congregata restaures 7 et restaurata conserues . per.

Feria. via. ad sanctum uitalem.

Collecta.

DA quesumus omnipotens deus :' ut / sacro nos [fo. 84 purificante ieiunio 7 sinceris mentibus ad sancta uentura facias peruenire . per.

Secreta.

Hęc in nobis sacrificia deus et actione permaneant . et operatione firmentur . per.

Post communionem.

Fac nos domine quesumus accepto pignore salutis eternę sic tendere congruenter 7 ut ad eam peruenire possimus . per.

Super populum.

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis :' ut bonis operibus inherendo 7 tuę semper uirtutis mereatur protectione defendi . per.

Sabbato ad sanctos marcellum et petrum.

Collecta.

DA quesumus domine nostris effectum ieiuniis salutarem :' ut castigatio carnis assumpta 7 ad nostrarum uegetationem transeat animarum . per.

Secreta.

His sacrificiis domine concede placatus . ut qui propriis oramus absolui delictis . non grauemur externis . per.

Post communionem.

Sacramenti tui domine diuina libatio penetralia nostri cordis infundat 7 et sui participes potenter efficiat . per.

Super populum.

Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi :' ut quę in sola spe gratię cęlestis innititur 7 celesti etiam protectione muniatur . per.

DOMINICA. IIIa. STATIO AD SANCTUM LAURENTIUM FORIS MURUM.

Collecta.

QUesumus omnipotens deus . uota humilium respice 7 atque ad defensionem nostram dexteram tuę maiestatis extende . per.

Secreta.

Hęc hostia domine quesumus mundet nostra delicta . et sacrificium cele/brandum subditorum tibi corpora [fo. 84*b* mentesque sanctificet . per.

Post communionem.

A cunctis nos domine reatibus et periculis propiciatus absolue 7 quos tanti misterii tribuis esse participes . per.

FERIA. IIa. AD SANCTUM MARCUM.

Collecta.

COrdibus nostris quesumus domine benignus infunde :' ut sicut ab escis corporalibus abstinemus 7 ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus . per.

Secreta.

Munus quod tibi domine nostrę seruitutis offerimus tu salutare nobis perfice sacramentum . per.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus :' ut quę ore contingimus 7 pura mente capiamus . per.

Super populum.

Subueniat nobis domine misericordia tua 7 ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente saluari . per.

FERIA. IIIa. AD SANCTAM POTENTIANAM.

Collecta.

EXaudi nos omnipotens et misericors deus 7 et continentię salutaris propicius nobis dona concede . per.

Secreta.

Per hęc ueniat quesumus domine sacramenta nostrę redemptionis effectus . qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus et ad salutaria cuncta perducat . per.

Pos[t] communionem.

Sacris domine misteriis expiati 7 et ueniam consequamur et gratiam . per.

Super populum.

Tua nos domine protectione defende 7 et ab omni semper iniquitate custodi . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTUM SYXTUM.

[*Collecta.*]

PResta nobis quesumus domine : ut salutaribus ieiuniis eruditi 7 a noxiis quoque uiciis abstinentes . propiciationem tuam facilius impetremus . per.

|Secreta. [fo. 85

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum . et tua misteria celebrantes . ab omnibus nos defende periculis . per.

Post communionem.

Sanctificet nos domine qua pasti sumus mensa cęlestis :' et a cunctis erroribus expiatos 7 supernis promissionibus reddat acceptos . per.

Super populum.

Concede quesumus omnipotens deus :' ut qui proteccionis tuę gratiam querimus 7 liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus . per.

FERIA. Va. AD SANCTOS COSMAM ET DAMIANUM.

Collecta.[1]

COncede quesumus omnipotens deus :' ut ieiuniorum nostrorum sancta deuotio . et purificationem nobis tribuat 7 et maiestati tue nos reddat acceptos . per.

Secreta.

Fac nos domine quesumus . ad sancta misteria purificatis mentibus accedere . ut tibi semper competens deferamus obsequium . per.

Post communionem.

Sacramenti tui domine ueneranda percepcio . et mistico nos mundet effectu 7 et perpetua uirtute defendat . per.

Super populum.

Subiectum tibi populum quesumus domine propiciatio cęlestis amplificet 7 et tuis semper faciat seruire mandatis . per.

FERIA. VIa. AD SANCTUM LAURENTIUM IN LUCINE.

[*Collecta.*]

IEiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere :' ut sicut ab alimentis in corpore 7 ita a uiciis ieiunemus in mente . per.

Secreta.

Respice domine propicius ad munera quę sacramus . ut et tibi sint grata . et nobis salutaria semper[2] existant . per.

Post communionem.

Huius nos domine percepcio sacramenti mundet a crimine 7 et ad cęlestia regna perducat . per.

| *Super populum.* [fo. 85*b*]

Presta quesumus omnipotens deus :' ut qui in tua proteccione confidimus 7 cuncta nobis aduersantia te adiuuante uincamus . per.

[1] The first three prayers of this mass are in a different hand. Not quite enough space has been left for them.
[2] Added above the line.

Sabbato ad sanctam susannam.

[Collecta.]

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui se affligendo carne ab alimentis abstinent 7 sectando iusticiam a culpa ieiunent . per.

Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus :' ut huius sacrificii munus oblatum . fragilitatem nostram ab omni malo purget . semper et muniat . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :' ut inter eius membra numeremur 7 cuius corpori communicamus et sanguini . per.

Super populum.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilii :' ut te toto corde perquirant 7 et quę digne postulant . cõsequi mereantur . per.

Dominica. iiiia. in xl. ad ierusalem.

[Collecta.]

COncede quesumus omnipotens deus :' ut qui ex merito nostrę actionis affligimur 7 tuę gratię consolatione respiremus . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus . ut et deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

Post communionem.

Da nobis misericors deus : ut sancta tua quibus incessanter explemur . sinceris tractemus obsequiis 7 et semper fideli mente sumamus . per.

Feria. iia. ad . iiiior. sanctos coronatos.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus : ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes 7 et corpore tibi placeamus et mente . per.

Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium uiuificet nos semper et muniat . per.

Post communionem.

Sumptis domine salutaribus sacramentis 7 / ad [fo. 86 redemptionis ęternę quesumus proficiamus augmentum . per.

Super populum.

Deprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi :' et quibus supplicandi prestas affectum 7 tribue defensionis auxilium . per.

FERIA. IIIa. AD SANCTUM LAURENTIUM IN DAMASCUM.†

[*Collecta.*]

SAcrę nobis quesumus domine obseruationis ieiunia 7 et pię conuersationis augmentum . et tuę propiciationis continuum prestent auxilium . per.

Secreta.

Hęc hostia domine quesumus emundet nostra delicta . et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet . per.

Post communionem.

Huius nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine 7 et ad cęlestia regna perducat per .

Super populum.

Miserere domine populo tuo 7 et continuis tribulationibus laborantem propicius respirare concede . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTUM PAULUM.

DOminus uobiscum[1]. *Oremus flectamus.*
Deus qui et iustis premia meritorum et peccatoribus per ieiunium ueniam prebes :' miserere supplicantibus tuis 7 ut reatus nostri confessio . indulgentiam ualeat percipere, delictorum . per.

Hic collecta finita statim sequatur lectio.

Hec dicit dominus. Sanctificabo. (Ezech. xxxvi. 23.)

[1] Cancelled by dots and a black penstroke.

Graduale.

Uenite filii.

℣. Accedite.

Hic dicitur[1] *Dominus uobiscum. Sed oremus flectamus genua.*

Presta quesumus omnipotens deus :/ ut quos ieiunia uotiua castigant 7 ipsa quoque deuotio sancta letificet :/ ut terrenis affectibus mitigatis 7 facilius cęlestia capiamus . per.

Deinde sequantur ceterę usitatę collecte.

Secreta.

Supplices domine te rogamus ut his sacrificiis peccata nostra mundentur . quia tunc ueram nobis tribuis mentis et cor-/poris sanitatem . per. [fo. 86*b*

Post communionem.

Sacramenta quę sumpsimus domine deus noster . et spiritalibus nos repleant alimentis 7 et corporalibus tueantur auxiliis . per.

Super populum.

Pateant aures misericordie tuę domine precibus supplicantium :/ et ut petentibus desiderata concedas 7 fac eos quę tibi sunt placita postulare . per.

FERIA. Va. AD SANCTUM SILUESTRUM.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut quos ieiunia uotiua castigant 7 ipsa quoque deuotio sancta letificet :/ ut terrenis affectibus mitigatis 7 facilius cęlestia capiamus . per.

Secreta.

Purifica nos misericors deus . ut ecclesię tuę preces quę tibi gratę sunt pia munera deferentes . fiant expiatis mentibus gratiores . per.

Post communionem.

Celestia dona capientibus quesumus domine non ad iuditium prouenire patiaris 7 quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti . per.

Super populum.

Populi tui deus institutor et rector :/ peccata quibus impugnatur expelle 7 ut semper tibi placitus ..et tuo munimine sit securus . per.

[1] *Non dicitur* has been erased and *dicitur* written above it.

Feria. VIa. ad sanctum eusebium.

Collecta.

DEus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis :/ presta quesumus ut ęcclesia tua ęternis proficiat institutis 7 et temporalibus non destituatur auxiliis . per.

Secreta.

Munera nos domine quesumus oblata purificent . et te nobis iugiter faciant esse placatum . per.

Post communionem.

Hęc nos quesumus domine participatio sacramenti et propriis reatibus indesinenter expediat 7 et ab omnibus tueatur aduersis . per.

| *Super populum.* [fo. 87

Da quesumus omnipotens deus :/ ut qui infirmitatis nostrę conscii de tua uirtute confidimus 7 sub tua semper pietate gaudeamus . per.

Sabbato ad sanctum laurentium foris murum.

Collecta.

FIat domine quesumus per gratiam tuam fructuosus deuotionis nostrę affectus :/ quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia 7 si tue sint placita pietati . per.

Secreta.

Oblationibus quesumus domine placare susceptis . et ad te etiam nostras rebelles compelle propicius uoluntates . per.

Post communionem.

Tua nos quesumus domine sancta purificent 7 et operationi sue perficiant esse placitos . per.

Super populum.

Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis quam irasci :/ da nobis digne flere mala . quę fecimus 7 ut tuę consolationis gratiam inuenire ualeamus . per.

DOMINICA DE PASSIONE STATIO AD SANCTUM PETRUM.

Collecta.

QEsumus omnipotens deus familiam tuam propicius respice :' ut te largiente regatur in corpore 7 et te seruante custodiatur in mente . per.

Secreta.

Hęc munera domine quesumus et uincula nostrę prauitatis absoluant . et tuę nobis misericordię dona concilient . per.

Post communionem.

Adesto nobis domine deus noster :' et quos tuis misteriis recreasti 7 perpetuis defende presidiis . per.

FERIA. IIa. AD SANCTUM CRISOGONUM.

Collecta.

SAnctifica quesumus domine nostra ieiunia 7 et cunctarum nobis propicius indulgentiam largire culparum . per.

Secreta.

Concede nobis domine deus noster ut hęc hostia salutaris . et nostrorum fiat purgatio delictorum . et tuę propiciatio maiestatis . per.

/ *Post communionem.* [fo. 87*b*

Sacramenti tui quesumus domine participatio salutaris 7 et purificationem nobis prebeat et medelam . per.

Super populum.

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis : ut bonis operibus inherendo 7 tua semper mereatur protectione defendi . per.

FERIA. IIIa. AD SANCTUM CIRIACUM.

Collecta.

NOstra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia :' quę nos et expiando . gratia tua dignos efficiant 7 et ad remedia perducant ęterna . per.

Secreta.

Hostias tibi domine deferimus ymmolandas . quę temporalem consolationem significent . ut promissa cercius non desperemus ęterna . per.

Post communionem.

Da quesumus omnipotens deus :/ ut quę diuina sunt iugiter exequentes 7 donis mereamur celestibus propinquare . per.

Super populum.

Da nobis domine quesumus perseuerantem in tua uoluntate famulatum 7 ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi seruiens augeatur . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTUM MARCELLUM.

Collecta.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium . miserator illustra :/ et quibus deuotionis prestas affectum 7 prebe supplicantibus pium benignus auditum . per.

Secreta.

Annue misericors deus . ut hostias placationis et laudis . sincero tibi deferamus obsequio . per.

Post communionem.

Cęlestis doni benedictione percepta . supplices te deus omnipotens deprecamur 7 ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit et salutis . per.

| *Super populum.* [fo. 88

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus :/ et quibus fiduciam sperandę pietatis indulges 7 consuetę misericordię tribue benignus effectum . per.

FERIA. Va. AD SANCTUM APOLLINAREM.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut dignitas conditionis humanę per immoderantiam sauciata 7 medicinalis parcimonię studio reformetur . per.

Secreta.

Domine deus noster qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostrę subsidium condidisti . tuo quoque nomini munera iussisti dicanda[1] constitui . tribue quesumus : ut et uitę nobis presentis auxilium . et ęternitatis efficiant sacramentum . per.

[1] This word is written rather larger. Probably the space was left and the word put in afterwards and written larger to fill up. I think the hand is the same.

Post communionem.

Quod ore sumpsimus domine mente capiamus 7 et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum . per.

Super populum.

Esto quesumus domine propicius plebi tue :' ut quę tibi non placent respuentes 7 tuorum pocius repleantur delectationibus mandatorum . per.

FERIA VIa. AD SANCTUM STEPHANUM.

[*Collecta.*]

CORdibus nostris domine benignus infunde :' ut peccata nostra castigatione uoluntaria cohibentes 7 temporaliter pocius maceremur . quam suppliciis deputemur eternis . per.

Secreta.

Presta nobis misericors deus . ut digne tuis semper seruire altaribus mereamur . et eorum perpetua participatione saluari . per.

Post communionem.

Sumpti sacrificii domine perpetua nos tuitio non derelinquat 7 et noxia semper a nobis cuncta depellat . per.

| *Super populum.* [fo. 88*b*

Concede quesumus omnipotens deus : ut qui protectionis tuę gratiam querimus 7 liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus . per.

SABBATO AD SANCTUM PETRUM.

[*Collecta.*]

PRoficiat quesumus domine plebs tibi dicata pię deuotionis affectu ; ut sacris actionibus erudita . quanto maiestati tue fit gratior 7 tanto donis potioribus augeatur . per.

Secreta.

A cunctis nos domine quesumus reatibus et periculis propiciatus absolue . quos tanti misterii tribuis esse participes . per.

Post communionem.

Diuini saciati muneris largitate quesumus domine deus noster 7 ut huius semper participatione uiuamus . per.

Super populum.

Tueatur quesumus domine dextera tua populum tuum deprecantem . et purificatum dignanter erudiat 7 ut consolatione presenti ad futura bona proficiat . per.

DOMINICA IN PALMIS. AD SANCTUM IOHANNEM IN LATERANIS.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum . saluatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti 7 concede propicius :' ut et pacientię ipsius habere documenta 7 et resurrectionis consortia mereamur . per.

Secreta.

Concede quesumus domine ut oculis tuę maiestatis munus oblatum . et gratiam nobis deuotionis obtineat 7 et effectum beatę perhennitatis adquirat . per.

Post communionem.

Per huius domine operationem misterii . et uitia nostra purgentur 7 et iusta desideria compleantur . per.

FERIA. IIa. AD SANCTAM PRAXEDAM.

Collecta.

DA quesumus omnipotens deus :' ut qui in tot / [fo. 89 aduersis ex nostra infirmitate deficimus 7 intercedente unigeniti filii tui passione respiremus . per eundem.

Secreta.

Hęc sacrificia nos omnipotens deus potenti uirtute mundatos . ad suum faciant puriores uenire principium . per.

Post communionem.

Prebeant nobis domine diuinum tua sanctam[1] feruorem 7 quo eorum pariter et actu delectemur et fructu . per.

[1] *Leg.*, sancta.

Super populum.

Adiuua nos deus salutaris noster 7 et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es . tribue uenire gaudentes . per.

FERIA. IIIa. AD SANCTAM PRISCAM.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus da nobis ita dominicę passionis sacramenta peragere 7 ut indulgentiam percipere mereamur . per eundem.

Secreta.

Sacrificia nos quesumus domine propensius ista restaurent . quę medicinalibus sunt instituta ieiuniis . per.

Post communionem.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus . et uitia nostra curentur 7 et remedia nobis sempiterna proueniant . per..

Super populum.

Tua nos misericordia deus . et ab omni subreptione uetustatis expurget 7 et capaces sanctę nouitatis efficiat . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTAM MARIAM MAIOREM.

HIc non dicitur Dominus uobiscum . oremus . flectamus. Presta quesumus omnipotens deus : ut qui nostris excessibus incessanter affligimur 7 per unigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum.

[*Lectio.*]

Hęc dicit dominus . dicite filię . (Is. lxii. 11).

Graduale.

Ne auertas.

V. Saluum.

Hic dicitur[1]. *Dominus uobiscum . sed oremus . flectamus.*

[*Collecta.*]

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti . ut inimici a nobis expelleres potestatem 7 concede nobis famulis tuis : ut resurrectionis gratiam consequamur . per eundem.

[1] *Dicitur* is written over an erasure, evidently *non dicitur.*

| Secreta. [fo. 89*b*

Purifica nos misericors deus :' ut ecclesię tuę preces quę tibi gratę sunt pia munera deferentes 7 fiant expiatis mentibus gratiores . per.

Post communionem.

Largire sensibus nostris omnipotens deus :' ut per temporalem filii tui mortem quam misteria ueneranda testantur 7 uitam nobis dedisse perpetuam confidamus . per eundem.

Super populum.

Respice domine quesumus super hanc familiam tuam :' pro qua dominus noster ihesus christus non dubitauit tradi manibus nocentium 7 et crucis subire tormentum. Qui tecum.

In cena domini.

N*On dicitur flectamus genua. Sed dominus uobiscum . oremus.*

[*Collecta.*]

Deus a quo et iudas reatus sui penam . et confessionis suę latro premium sumpsit 7 concede nobis tuę propiciationis effectum :' ut sicut in passione sua ihesus christus dominus noster diuersa utrisque intulit stipendia meritorum 7 ita nobis ablato uetustatis errore . resurrectionis suę gratiam largiatur. Qui tecum.

Secreta.

Ipse tibi quesumus domine sancte pater omnipotens deus sacrificium nostrum reddat acceptum :' qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit ihesus christus dominus noster. Qui tecum.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes . quo dominus noster ihesus christus pro nobis est traditus. Sed et memoriam.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę sed et cunctę familie tuę quam tibi offerimus ob diem in qua dominus noster ihesus christus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui misteria celebranda . quesumus domine ut placatus accipias.

Qui pridie quam pro nostra omniumque / salute [fo. 90 pateretur hoc est hodie accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas.

Hic uadit conuentus ad pacem et communionem.

Post communionem.

Refecti uitalibus alimentis quesumus domine deus noster :' ut quod tempore nostrę mortalitatis exequimur 7 immortalitatis tuę munere consequamur . per.

Tunc sacerdos corpus domini quod reseruauit honeste recondat usque in crastinum.

Feria. VIa. in parasceue statio ad ierusalem.

Lectio. Ia.

IN tribulatione sua . (Hos. vi. 1).

Dum hec legitur ueniat sacerdos cum diacono et subdiacono ad altare . non tamen tunc faciat orationem solitam.

Tractus.

Domine audiui.

Sequitur collecta sine dominus uobiscum et sine flectamus genua . oremus.

Deus a quo et iudas reatus sui penam . et confessionis suę latro premium sumpsit 7 concede nobis tuę propiciationis effectum :' ut sicut in passione sua ihesus christus dominus noster diuersa utrisque intulit stipendia meritorum 7 ita nobis ablato uetustatis errore . resurrectionis suę gratiam largiatur. Qui tecum.

Sequitur lectio.

Dixit dominus ad moysen . et aaron.

Tractus.

Eripe me.

Deinde passio.

Orationes Sollempnes.

Oremus dilectissimi nobis pro ęcclesia sancta dei 7 ut eam deus et dominus noster pacificare et custodire dignetur toto orbe terrarum . subiciens ei principatus et potestates 7 detque nobis quietam et tranquillam uitam degentibus glorificare deum patrem omnipotentem.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus / in christo gentibus reuelasti : custodi opera miseri- [fo. 90*b* cordię tuę 7 ut ęcclesia toto orbe diffusa . stabili fide in confessione tui nominis perseueret . per eundem.

Oremus et pro beatissimo papa nostro . ill . ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordinem episcopatus saluum atque incolumem custodiat ęcclesię suę sanctę ad regendum populum sanctum . dei.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus . cuius iuditio uniuersa fundantur 7 respice propicius ad preces nostras . et electum nobis antistitem . tua pietate conserua :' ut christiana plebs quę te gubernatur auctore 7 sub tanto pontifice credulitatis suę meritis augeatur . per.

Oremus et pro omnibus episcopis 7 presbiteris 7 diaconibus 7 subdiaconibus 7 acolitis 7 exorcistis 7 lectoribus 7 hostiariis 7 confessoribus 7 uirginibus 7 uiduis 7 et pro omni populo sancto dei.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus cuius spiritu totum corpus ęcclesię sanctificatur et regitur :' exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes 7 ut gratię tuę munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur . per.

Oremus et pro christianissimo rege nostro 7 ut deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus . in cuius manu sunt omnium potestates . et omnia iura regnorum 7 respice ad romanum benignus imperium :' ut gentes quę in sua feritate confidunt 7 potentię tuę dextera conprimantur . per.

Oremus et pro catecuminis nostris 7 ut deus et dominus noster adaperiat / aures precordiorum ipsorum [fo. 91 ianuamque misericordię 7 ut per lauacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum . et ipsi inueniantur in christo ihesu domino nostro.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus . qui ęcclesiam tuam noua semper prole fecundas 7 auge fidem et intellectum cathecuminis nostris :' ut renati fonte baptismatis 7 adoptionis tuę filiis aggregentur . per.

Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem . ut cunctis mundum purget erroribus 7 morbos auferat 7 famem depellat 7 aperiat carceres 7 uincula dissoluat 7 peregrinantibus

reditum 7 infirmantibus sanitatem 7 nauigantibus portum salutis indulgeat.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus . mestorum consolatio 7 laborantium fortitudo :' perueniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium 7 ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse . per.

Oremus et pro hereticis et scismaticis . ut deus ac dominus noster eruat eos ab erroribus uniuersis 7 et ad sanctam matrem ęcclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes et neminem uis perire 7 respice ad animas diabolica fraude deceptas :' ut omni heretica prauitate deposita errantium corda resipiscant 7 et ad ueritatis tuę redeant unitatem . per.

Oremus et pro perfidis iudeis . ut deus et dominus noster auferat uelamen de cordibus eorum 7 ut et ipsi agnoscant ihesum christum / dominum nostrum. [fo. 91*b*

Hic non dicitur flectamus genua.

Oremus.

Omnipotens sempiterne deus . qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis : exaudi preces nostras . quas pro illius populi obcecatione deferimus 7 ut agnita ueritatis tuę luce quę christus est a tenebris suis eruantur . per eundem.

Oremus et pro paganis 7 ut deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum 7 et relictis idolis suis conuertantur ad deum uiuum et uerum et unicum filium eius ihesum christum deum et dominum nostrum . cum quo uiuit et regnat cum spiritu sancto deus per omnia secula seculorum.

Oremus flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus qui non mortem peccatorum sed uitam semper inquiris 7 suscipe propicius orationem nostram :' et libera eos ab idolorum cultura 7 et aggrega ecclesię tuę sanctę ad laudem et gloriam nominis tui . per.

Tunc sacerdos et ministri ab altari discedant et in secretario preter albas omnibus depositis . sic in choro ad adorandam crucem ueniant . deinde resumentes quę deposuerant ad altare redeant . et orationem solitam sacerdos et diaconus faciant et confessionem dicant. Tunc sacerdos corpus dominicum ad altare deferat[1]

[1] Originally written *deferrat* and corrected.

diaconus quoque pro officio suo cuncta disponat . et sacerdos moderata uoce proferat. Oremus preceptis salutaribus moniti. Et post orationem dominicam more solito uoce compressa dicat. Libera nos quesumus domine. Illoque dicente per eundem dominum nostrum et cętera. Corpus domini in tres partes diuidat . ac postea per omnia secula seculorum . submissa | uoce dicat . atque cunctis respondentibus Amen :· ipse [fo. 92 *unam partem in calicem ponat . nichil dicens. Nec enim dicetur pax domini . nec Agnus dei . Nec dabitur pax cuiquam. Deinde abbas et ministerium communicent.*

OFFICIUM IN UIGILIA PASCHĘ POST BENEDICTUM CEREUM.

Lectio. Ia.

IN principio creauit deus. (Gen. i. 1.)

Dum hęc legitur :· sacerdos solus ad altare ueniat . non tamen ibi orationem solitam faciat . lectione finita :· hac[1] *collectam sine dominus uobiscum dicat.*

Oremus.

Deus qui mirabiliter creasti hominem et mirabilius redemisti :· da nobis quesumus contra oblectamenta peccati mentis ratione persistere 7 ut mereamur ad gaudia eterna peruenire . per.

Lectio. IIa.

Factum est in uigilia matutina. (Exod. xiv. 24.)

Tractus.

Cantemus.

Oremus.

Deus cuius antiqua miracula in presenti quoque seculo coruscare sentimus 7 presta quesumus :· ut sicut priorem populum ab egiptiis liberasti 7 hoc ad salutem gentium per aquas baptismatis opereris . per.

Lectio. IIIa.

Apprehendent septem mulieres. (Is. iv. 1.)

Tractus.

Uinea facta.

Oremus.

Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramentum utriusque testamenti paginis instruis 7 da nobis intelligere

[1] *Leg.* hanc.

misericordiam tuam :' ut ex perceptione presentium munerum firma sit expectacio futurorum per.

Lectio. IIIa.

Hęc est hereditas.

Oremus.

Deus qui ęcclesiam tuam noua semper gentium uocatione multiplicas 7 concede propicius :' ut quos aqua baptismatis / abluis continua protectione tuearis . per. [fo. 92*b*

Tractus.

Sicut ceruus.

Oremus.

Concede quesumus omnipotens deus :' ut qui paschalia festa agimus 7 celestibus desideriis accensi : fontem uitę sitiamus . per.

Sequatur Letania . Et sacerdos in uestiario casulam tantum deponat . et in chorum ueniat . Qua resumpta circa finem letanię . Dum chorus incipit Kyrieleyson . ipse cum ministris ad altare procedat orationem faciat et confessionem dicat . et sic Gloria in excelsis deo proferat.

Dominus uobiscum. Oremus.

Collecta.

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicę resurrectionis illustras :' conserua in noua familię tuę progenie adoptionis spiritum quem dedisti 7 ut corpore et mente renouati puram tibi exibeant seruitutem . per eundem . in unitate eiusdem.[1]

[*Secr*]*eta.*[2]

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum ut paschalibus initiata[3] misteriis ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant . per.

Hic non dicitur Credo in unum.

[1] These last three words are added in another hand.
[2] The first four letters have been erased to allow for the insertion at the end of the prayer before.
[3] The last two letters are added by another hand.

Prefacio.

Uere[1] dignum et iustum est equum et salutare. Te quidem omni tempore sed in hac potissimum nocte gloriosius predicare . cum pascha nostrum ymmolatus est christus . Ipse enim uerus est agnus . qui abstulit peccata mundi . Qui mortem nostram moriendo destruxit :/ et uitam resurgendo reparauit . Et ideo cum angelis et archangelis . cum thronis et dominationibus . cumque omni militia cęlestis exercitus ymnum glorię tuę canimus sine fine dicentes

| *Infra actionem.* [fo. 93

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes resurrectionis domini dei nostri ihesu christi secundum carnem . Sed et memoriam uenerantes in primis semper uirginis gloriosę Marię genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi . sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę sed et cunctę familię tuę quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum quesumus domine ut placatus accipias diesque nostros.

Pax domini dicitur sed non agnus dei.

Post communionem.

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde :/ ut quos sacramentis paschalibus satiasti 7 tua facias pietate concordes . per . in unitate eiusdem.

IN DIE SANCTO PASCHE.

AD *Missam. Oremus.*

Collecta.

Deus qui hodierna die per unigenitum tuum . ęternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti :/ uota nostra quę preueniendo aspiras 7 etiam adiuuando prosequere . per.

Gloria in excelsis deo. Credo in unum deum.

Secreta.

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum . ut paschalibus initiata misteriis . ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant . per.

[1] The capital letters throughout the preface are in colours.

Prefacio.

Ꝟ ęquum[1] et salutare . Te quidem omni tempore . sed in hac potissimum die gloriosius predicare . cum pascha nostrum immolatus est christus . Ipse enim uerus est agnus . qui abstulit peccata mundi . Qui mortem nostram moriendo destruxit :' et uitam / resurgendo reparauit . Et ideo [fo. 93*b* cum.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes resurrectionis domini dei nostri ihesu christi secundum carnem. Sed et memoriam uenerantes in primis gloriosę.

Hanc igitur oblationem . ut supra.

Post communionem.

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde :' ut quos sacramentis paschalibus saciasti 7 tua facias pietate concordes . per . in unitate eiusdem.

FERIA. IIa. IN ALBAS† STATIO AD SANCTUM PETRUM.

[*Collecta.*]

DEus qui sollempnitate paschali mundo remedia contulisti 7 populum tuum quesumus cęlesti dono prosequere :' ut et perfectam libertatem consequi mereatur 7 et ad uitam proficiat sempiternam . per.

Secreta.

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum . ut paschalibus initiata misteriis :' ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant . per.

Prefacio.

Ꝟ ęquum et salutare . Te quidem omni tempore.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum.

Hanc igitur oblationem.

Quę omnia per totam ebdomadem repetantur ut in die paschę.

Post communionem.

Spiritum nobis domine.

[1] The capital letters throughout the preface are in colours.

Feria. IIIa. AD SANCTUM PAULUM.

[*Collecta.*]

DEus qui ęcclesiam tuam nouo semper fętu multiplicas 7 concede famulis tuis :/ ut sacramentum uiuendo teneant 7 quod fide perceperunt . per.

Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum . ut per hęc pię deuotionis officia . ad cęlestem gloriam transeamus . per.

Post communionem.

Concede quesumus omnipotens deus :/ ut paschalis / [fo. 94 perceptio sacramenti 7 continua in nostris mentibus perseueret . per.

Feria. IIIIa. AD SANCTUM LAURENTIUM FORIS MURUM.

[*Collecta.*]

DEus qui nos resurrectionis dominicę annua sollempnitate letificas 7 concede propicius :/ ut per temporalia festa quę agimus 7 peruenire ad gaudia ęterna mereamur . per eundem.

Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudiis immolamus . quibus ęcclesia mirabiliter et[1] pascitur et nutritur . per.

Post communionem.

Ab omni nos quesumus domine uetustate purgatos 7 sacramenti tui ueneranda perceptio . in nouam transferat creaturam . per.

Feria. Va. AD APOSTOLOS.

[*Collecta.*]

DEus qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti :/ da ut renatis fonte baptismatis . una sit fides mentium 7 et pietas actionum . per.

Secreta.

Suscipe quesumus domine munera populorum tuorum propicius :/ ut confessione tui nominis et baptismate renouati . sempiternam beatitudinem consequantur . per.

[1] Inserted above the line.

Post communionem.

Exaudi domine preces nostras :' ut redemptionis nostrę sacrosancta commercia . et uitę nobis conferant presentis auxilium 7 et gaudia sempiterna concilient . per.

FERIA. VIa. AD SANCTAM MARIAM AD MARTIRES.

[*Collecta.*]

OMnipotens sempiterne deus . qui paschale sacramentum in reconciliationis humanę federe contulisti :' da mentibus nostris ut quod[1] professione celebramus 7 imitemur affectu . per.

Secreta.

Hostias quesumus domine placatus assume . quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus . et pro acceleratione cęlestis auxilii . per.

/ *Post communionem.* [fo. 94*b*

Respice quesumus domine populum tuum :' et quem ęternis dignatus es reuocare[2] misteriis 7 a temporalibus culpis dignanter absolue . per.

SABBATO AD SANCTUM IOHANNEM.

[*Collecta.*]

COncede quesumus omnipotens deus :' ut qui festa paschalia uenerando egimus 7 per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur . per.

Secreta.

Concede quesumus domine semper nos per hęc misteria paschalia gratulari . ut continua nostrę reparationis operatio perpetuę nobis fiat causa leticię . per.

Post communionem.

Redemptionis nostrę munere uegetati 7 quesumus domine ut hoc perpetuę salutis auxilio fides semper uera perficiat . per.

[1] Inserted above the line.
[2] Above this word, which is not cancelled, is written *renouare*.

DOMINICA POST ALBAS.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui paschalia festa peregimus 7 hęc te largiente moribus et uita teneamus . per.

Secreta.

Suscipe munera quesumus domine exultantis ęcclesię . et cui causam tanti gaudii prestitisti . perpetuum fructum concede leticię . per.

Prefacio.

VD ęquum et salutare . Te quidem omni tempore.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum.
Hanc igitur oblationem.
Require in die pasche.

Post communionem.

Quesumus domine deus noster :' ut sacrosancta misteria quę pro reparationis nostrę munimine contulisti 7 et presens nobis remedium esse facias et futurum . per.

DOMINICA. Ia. POST OCTABAS PASCHE.

Collecta.

DEus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti 7 fidelibus tuis perpetuam concede leticiam :' ut quos perpetuę mortis eripuisti casibus 7 gaudiis facias sempiternis perfrui . per eundem.

Secreta.

Benedictionem nobis domine conferat salutarem sacra / semper oblatio . ut quod agit misterio . uirtute perficiat . per. [fo. 95

Post communionem.

Presta nobis omnipotens deus :' ut uiuificationis tuę gratiam consequentes 7 in tuo semper munere gloriemur . per.

DOMINICA. IIa. POST OCTABAS PASCHE.

[*Collecta.*]

DEus qui errantibus ut in uiam possint redire iusticię . ueritatis tuę lumen ostendis :' da cunctis qui christiana professione censentur . et illa respuere quę huic inimica sunt nomini 7 et ea quę sunt apta sectari . per.

Secreta.

His nobis domine misteriis conferatur . quo terrena desideria mitigantes . discamus amare cęlestia . per.

Post communionem.

Sacramenta quę sumpsimus quesumus domine .. et spiritalibus nos instruant alimentis 7 et corporalibus tueantur auxiliis . per.

DOMINICA. IIIa. POST OCTABAS PASCHE.

[*Collecta.*]

DEus qui fidelium mentes unius efficis uoluntatis 7 da populis tuis id amare quod precipis . id desiderare quod promittis :' ut inter mundanas uarietates . ibi nostra fixa sint corda ubi uera sunt gaudia . per.

Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificii ueneranda commertia .. unius summę diuinitatis participes effecisti . presta quesumus ut sicut tuam cognoscimus ueritatem . sic eam dignis moribus assequamur . per.

Post communionem.

Adesto domine deus noster : ut per hęc quę fideliter sumpsimus . et purgemur a uitiis 7 et a periculis omnibus exuamur . per.

DOMINICA. IIIIa. POST OCTABAS PASCHE.

Collecta.

DEus a quo bona cuncta procedunt 7 largire supplicibus :' ut cogitemus te inspirante quę recta sunt . et te gubernante eadem faciamus . per.

/ *Secreta.* [fo. 95*b*

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum . ut per hęc pię deuotionis officia ad celestem gloriam transeamus . per.

Post communionem.

Tribue nobis domine cęlestis mensę uirtute[1] saciatis 7 et desiderare quę recta sunt et desiderata percipere . per.

In letania maiore in rogationibus.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus 7 contra aduersa omnia tua semper protectione muniamur . per.

Secreta.

Hęc munera quesumus domine . uincula nostrę prauitatis absoluant . et tuę nobis misericordię dona concilient . per.

Post communionem.

Uota nostra quesumus domine pio fauore prosequere :/ ut dum dona tua in tribulatione percepimus 7 de consolatione nostra in tuo[2] amore crescamus . per.[2]

In uigilia ascensionis.

[*Collecta.*]

[P]Resta[3] quesumus omnipotens deus :/ ut nostre mentis intentio quo sollempnitatis hodierne gloriosus auctor ingressus est semper intendat 7 et quo fide pergit conuersatione perueniat . per eundem.

Secreta.

Sacrificium domine pro filii tui uenerabili nunc ascensione supplices deferimus 7 presta quesumus :/ ut et nos per ipsum his commerciis sacrosanctis . ad cęlestia consurgamus. Qui tecum.

[1] Inserted above the line.

[2] These words are written by another hand, the same as the second hand in the next mass.

[3] The collect and postcommunion are in another hand.

Post communionem.

[T]ribue [1] quesumus omnipotens deus : ut per hec sacramenta que sumpsimus illuc tendat nostre deuotionis effectus quo tecum est nostra substantia ihesus christus. dominus noster. Qui tecum.

In ascentione[2] domini.

Collecta.

COncede quesumus omnipotens deus : ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad cęlos ascendisse credimus 7 ipsi quoque mente in cęlestibus / [fo. 96 habitemus . per eundem.

Credo in unum.

Secreta.

Suscipe domine munera filii tui quę pro [3] gloriosa ascensione deferimus . et concede propicius . ut a presentibus periculis liberemur . et ad uitam perueniamus eternam . per eundem.

Prefatio.

Ⓟ eterne deus : per christum dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit . et ipsis cernentibus est eleuatus in cęlum . ut nos diuinitatis suę tribueret esse participes. Et ideo cum angelis et archangelis . cum thronis et dominationibus . cumque omni militia cęlestis exercitus hymnum glorię tuę canimus sine fine dicentes.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster unigenitus filius tuus unitam sibi fragilitatis nostrę substantiam in gloriam tuę dexterę collocauit. Sed et memoriam.

Superior prefacio et communicantes Hodie tantum dicentur ad utramque missam.

Post communionem.

Presta nobis quesumus omnipotens et misericors deus : ut quę uisibilibus misteriis sumenda percepimus 7 inuisibili consequamur effectu . per.

[1] The collect and postcommunion are in another hand
[2] A small *s* in black is written by the T.
[3] The order is corrected by a small *a b c* to *que pro filii tui.*

Dominica post ascensionem domini.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . fac nos tibi semper et deuotam gerere uoluntatem 7 et maiestati tue sincero corde[1] seruire . per.

Secreta.

Sacrificia nos domine immaculata purificent . et mentibus nostris supernę gratię dent uigorem . per.

Post communionem.

Repleti domine muneribus sacris 7 da quesumus ut in gratiarum / semper actione remaneamus . per. [fo. 96*b*

In uigilia pentecosten.

Lectio Ia.

TEmptauit deus abraham. (Gen. xxii. 1.)

Et dum hęc legitur sacerdos solus ueniat ad altare et per omnia sic agat ut ordinatum est in uigilia paschę.

Oremus.

Deus qui in abrahę famuli tui opere humano generi obedientię exempla prebuisti :' concede nobis et nostrę uoluntatis prauitatem frangere 7 et tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere . per.

Lectio IIa.

Scripsit moyses. (Deut. xxxi. 22.)

Tractus.

Attendite[2] cęlum.

Oremus.

Deus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere . atque ad ęterna festinare :' da famulis tuis ut quę iussa [a te] cognouimus implere cęlesti inspiratione ualeamus . per.

Lectio IIIa.

Apprehendent septem mulieres. (Is. iv. 1.)

Tractus.

Uinea facta est.

[1] *corde* is written twice, and once partially erased.
[2] *Leg.*, attende.

Collecta.

Oremus.

Deus qui nos ad celebrandam hanc festiuitatem . utriusque testamenti paginis instruis :' da nobis intelligere misericordiam tuam 7 ut ex perceptione presentium munerum . firma sit expectatio futurorum . per.

Lectio IIIIa.

Audi israel. (Bar. iii. 9.)

Oremus.

Deus incommutabilis uirtus . et lumen ęternum 7 respice propicius ad totius ęcclesię mirabile sacramentum :' et da famulis tuis . ut hoc quod deuote agimus 7 etiam rectitudine uitę teneamus . per.

Tractus.

Sicut ceruus desiderat.

Collecta.

Oremus.

Concede quesumus omnipotens deus :' ut qui sollempnitatem doni spiritus sancti colimus 7 cęlestibus desideriis accensi . fontem uitę sitiamus . per. In unitate eiusdem.

Sequitur letania . et cętera ut in uigilia pasche. Oremus ad missam.

Collecta.

/ Presta quesumus omnipotens deus ut claritatis [fo. 97 tuę super nos splendor effulgeat 7 et lux tuę lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt . sancti spiritus illustratione confirmet . per . in unitate eiusdem.

Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica 7 et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda . per . in unitate eiusdem.

Prefacio.

VT ęternę[1] deus per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cęlos . sedensque ad dexteram tuam . promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis . totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernę uirtutes atque angelicę potestates hymnum glorię tuę concinunt sine fine dicentes.

[1] The capitals in the preface are in colours. There has been a tag to this page.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum pentecosten celebrantes . quo spiritus sanctus apostolis innumeris linguis apparuit. Sed et memoriam.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę . sed et cunctę familię tuę quam tibi offerimus . pro his quoque quos regenerare dignatus es . ex aqua et spiritu sancto . tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Quesumus domine.

Post communionem.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio 7 et sui roris intima aspersione fecundet . per . in unitate eiusdem.

IN DIE SANCTO PENTECOSTEN AD SANCTUM PETRUM.

Collecta.

DEus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti :/ da nobis in eodem spiritu recta sapere 7 et de eius semper consolatione gaudere . per dominum in unitate eiusdem.

Credo in unum.

Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica . et corda nostra sancti spiritus illustra/tione emunda . per eiusdem. [fo. 97*b*

Infra actionem.

Communicantes et diem.

Hanc igitur oblationem.

Superior prefacio et communicantes et hanc igitur oblationem per totam ebdomadam repetantur ad utramque missam.

Post communionem.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio 7 et sui roris intima aspersione fecundet . per eiusdem.

FERIA. IIa. AD SANCTUM PETRUM AD UINCULA.

[*Collecta.*]

DEus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum 7 concede plebi tue pię peticionis effectum :/ ut quibus dedisti fidem 7 largiaris et pacem . per in unitate eiusdem.

Secreto.

Propicius quesumus domine hęc dona sanctifica . et hostię spiritalis oblatione suscepta . nosmetipsos tibi perfice munus ęternum . per.

Post communionem.

Adesto domine quesumus populo tuo :' et quem misteriis celestibus imbuisti 7 ab hostium furore defende . per.

FERIA. IIIa. AD SANCTAM ANASTASIAM.

Collecta.

ASsit domine nobis quesumus[1] uirtus spiritus sancti :' quę et corda nostra clementer expurget 7 et ab omnibus tueatur aduersis . per in unitate eiusdem.

Secreta.

Purificet nos domine quesumus muneris presentis oblatio . et dignos sacra participatione perficiat . per.

Post communionem.

Mentes nostras quesumus domine spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis 7 quia ipse est remissio omnium peccatorum . per . in unitate eiusdem.[2]

FERIA. IIIIa. AD SANCTAM MARIAM MAIOREM.

HIc non dicitur[3] dominus uobiscum

Collecta.

Mentes nostras quesumus domine spiritus paraclitus qui a te procedit illuminet 7 et inducat in omnem sicut tuus promisit filius ueritatem. Qui tecum uiuit et regnat in unitate eiusdem.

Lectio Ia.

Stans petrus. (Act, ii. 14.)
Hic dicitur[4] dominus uobiscum.

[1] Inserted above the line.
[2] The last three words are inserted above the line.
[3] The *non* is added above the line.
[4] *dicitur* is written above *non repetatur*, which is expunged.

Collecta.

/ Presta quesumus omnipotens et misericors deus :' ut [fo. 98 spiritus sanctus adueniens 7 templum nos glorię suę dignanter inhabitando perficiat . per . in unitate eiusdem.

Secreta.

Accipe quesumus domine munus oblatum . et dignanter operare . ut quod misteriis agimus 7 piis effectibus celebremus . per.

Post communionem.

Sumentes domine cęlestia sacramenta 7 quesumus clementiam tuam :' ut quod temporaliter gerimus 7 ęternis gaudiis consequamur . per.

FERIA. Va.

Collecta.

DEus qui hodierna die.

Quere in die pentecosten. Hodie quoque ac deinceps dicantur ad missam consuetudinarię collecte de suffragio.

FERIA. VIa. AD APOSTOLOS.

Collecta.

DA quesumus ęcclesię tuę misericors deus :' ut spiritu sancto congregata 7 hostili nullatenus incursione turbetur . per . in unitate eiusdem.

Secreta.

Sacrificia domine tuis oblata conspectibus ignis ille diuinus assumat . qui discipulorum christi tui per spiritum sanctum corda succendit . per eundem . in unitate eiusdem.

Post communionem.

Sumpsimus domine sacri dona misterii humiliter deprecantes : ut quę in tui commemoratione nos facere precepisti 7 in nostrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui uiuis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti.

SABBATO IN DUODECIM LECTIONIBUS.

HIc non dicitur dominus uobiscum usque post benedictus es. Sed oremus.

Collecta.

Mentibus nostris quesumus domine spiritum sanctum benignus infunde :/ cuius et sapientia conditi sumus 7 et prouidentia gubernamur . per in unitate eiusdem.

Lectio Ia.

Effundam meum spiritum. (Joel ii. 28.)

Collecta.

/ Illo nos igne quesumus domine spiritus sanctus [fo. 98*b* inflammet 7 quem dominus noster ihesus christus misit in terram et uoluit uehementer accendi. Qui tecum uiuit et regnat in unitate eiusdem.

Lectio IIa.

Locutus est dominus ad moysen. (Lev. xxiii. 9.)

Collecta.

Oremus.

Deus qui ad animarum medelam . ieiunii deuotione castigari corpora praecepisti 7 concede nobis propicius . et mente et corpore semper tibi esse deuotos . per.

Lectio IIIa.

Dixit moyses ad filios israel. (Deut. xxvi. 1.)

Oremus.

Presta quesumus omnipotens deus :/ ut salutaribus ieiuniis eruditi 7 ab omnibus etiam uiciis abstinentes . propiciationem tuam facilius impetremus.

Lectio IIIIa.

Dixit dominus ad moysen. (Lev. xxvi. 3.)

Collecta.

Oremus.

Presta quesumus omnipotens deus :/ sic nos ab epulis carnalibus abstinere 7 ut a uiciis ingruentibus pariter ieiunemus . per.

Lectio VIa.†

Angelus domini descendit. (Dan. iii. 49.)

Hymnus.

Benedictus es domine.

Dominus uobiscum. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium 7 concede propicius : ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum . per.

Collecta finita statim sequatur lectio actuum apostolorum.

Secreta.

Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia . presta nobis quesumus huius munere sacramenti . purificatum tibi pectus offerre . per.

Post communionem.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem quo eorum pariter et actu delectemur et fructu . per.

DOMINICA. Ia. POST PENTECOSTEN.

[Collecta.]

DEus in te sperantium fortitudo 7 adesto propicius inuocationibus nostris :/ et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas 7 presta auxilium gratię tuę . ut in exequendis mandatis tuis . et uoluntate tibi et actione placeamus . per.

| Secreta. [fo. 99

Hostias nostras domine tibi dicatas placatus assume :/ et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium . per.

Post communionem.

Tantis domine repleti muneribus :/ presta quesumus . ut et salutaria dona capiamus 7 et a tua nunquam laude cessemus . per.

DOMINICA. IIa. POST PENTECOSTEN.

[Collecta.]

SAncti nominis tui domine timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum :/ quia nunquam tua gubernatione destituis 7 quos in soliditate tuę dilectionis instituis . per.

Secreta.

Oblatio nos domine tuo nomini dicanda purificet 7 et de die in diem ad celestis uitę transferat actionem . per.

Post communionem.

Sumptis muneribus quesumus domine 7 ut cum frequentatione misterii crescat nostrę salutis effectus . per.

Dominica. iiia. post pentecosten.

[*Collecta.*]

DEprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi :' et quibus supplicandi prestas affectum 7 tribue defensionis auxilium . per.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica . ut tui nobis unigeniti corpus et sanguis fiant . per eundem.

Post communionem.

Hęc nos communio domine purget a crimine 7 et cęlestis remedii faciat esse consortes . per.

Dominica. iiiia. post pentecosten.

[*Collecta.*]

PRotector in te sperantium deus . sine quo nichil est ualidum nichil sanctum 7 multiplica super nos misericordiam tuam :' ut te rectore . te duce . sic transeamus per bona temporalia 7 ut non amittamus ęterna . per.

Secreta.

Respice domine munera supplicantis ecclesię et saluti cre/dentium perpetua sanctificatione[1] sumenda concede . per. [fo. 99*b*

Post communionem.

Sancta tua nos domine sumpta uiuificent 7 et misericordię sempiternę preparent expiatos . per.

Dominica. va. post pentecosten.

[*Collecta.*]

DA nobis domine quesumus :' ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur 7 et ęcclesia tua tranquilla deuotione letetur . per.

Secreta.

Oblationibus quesumus domine placare susceptis . et ad te nostras etiam rebelles compelle propicius uoluntates . per.

[1] The last five letters of this word are added by another hand above the line.

Post [*communionem.*]

Misteria nos domine sancta purificent 7 et suo munere tueantur . per.

DOMINICA. VIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

DEus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti 7 infunde cordibus nostris tui amoris affectum :/ ut te in omnibus et super omnia diligentes 7 promissiones tuas quę omne desiderium superant consequamur . per.

Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris . et has oblationes famulorum famularumque tuarum benignus assume . ut quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui . cunctis proficiat ad salutem . per.

Post communionem.

Quos cęlesti domine dono saciasti :/ presta quesumus . ut a nostris mundemur occultis 7 et ab hostium liberemur insidiis per.

DOMINICA. VIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

DEus uirtutum cuius est totum quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui nominis 7 et presta in nobis religionis augmentum :/ ut quę sunt bona nutrias 7 ac pietatis studio quę sunt nutrita custodias . per.

Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris . et has populi tui oblationes benignus assume :/ et ut nullius sit irritum uotum . et nullius uacua postulatio 7 presta ut quod fideliter petimus . efficaciter / consequamur . per. [fo. 100

Post communionem.

Repleti sumus domine muneribus tuis :/ tribue quesumus . ut eorum et mundemur effectu 7 et muniamur auxilio . per.

DOMINICA. VIIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

DEus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur 7 te supplices exoramus :' ut noxia cuncta submoueas 7 et omnia nobis profutura concedas . per.

Secreta.

Deus qui legalium differentiam hostiarum . unius sacrificii perfectione sanxisti . accipe sacrificium a deuotis tuis famulis . et pari benedictione sicut munera abel sanctifica . ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuę honorem . cunctis proficiat ad salutem . per.

Post communionem.

Tua nos domine medicinalis operatio . et a nostris peruersitatibus clementer expediat 7 et ad ea quę sunt recta perducat . per.

DOMINICA. IXa POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

LArgire nobis domine quesumus spiritum semper cogitandi quę recta sunt propicius et agendi : ut qui sine te esse non possumus 7 secundum te uiuere ualeamus . per.

Secreta.

Suscipe munera quesumus domine quę tibi de tua largitate deferimus . ut hęc sacrosancta misteria . gratię tuę operante uirtute presentis uitę nos conuersatione sanctificent :' et ad gaudia sempiterna perducant . per.

Post communionem.

Sit nobis domine reparatio mentis et corporis cęleste misterium : ut cuius exequimur actionem 7 sentiamus effectum . per.

DOMINICA. Xa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

PAteant aures misericordię tuę domine precibus supplicantium :' et ut petentibus desiderata concedas 7 fac eos que tibi sunt placita postulare . per.

Secreta.

/ Concede nobis hęc quesumus domine frequentare . [fo. 100*b* misteria . quia quotiens huius hostię commemoratio celebratur . opus nostrę redemptionis exercetur . per.

Post communionem.

Tui nobis domine communio sacramenti . et purificationem conferat 7 et tribuat unitatem . per.

DOMINICA. XIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

DEus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas 7 multiplica super nos gratiam tuam :' ut ad tua promissa currentes 7 celestium bonorum facias esse consortes . per.

Secreta.

Tibi domine sacrificia dicata reddantur . quę sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti . ut eadem remedia fieri nostra prestares . per.

Post communionem.

Quesumus domine deus noster :' ut quos diuinis reparare non desinis sacramentis 7 tuis non destituas benignus auxiliis . per.

DOMINICA. XIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

OMnipotens sempiterne deus . qui habundantia pietatis tue et merita supplicum excedis et uota 7 effunde super nos misericordiam tuam :' ut dimittas quę conscientia metuit 7 et adicias quod oratio non presumit . per.

Secreta.

Respice domine quesumus nostram propicius seruitutem . ut quod offerimus . sit tibi munus acceptum . sit nostre fragilitati subsidium . per.

Post communionem.

Sentiamus quesumus domine tui perceptione sacramenti subsidium mentis et corporis 7 ut in utroque saluati . cęlestis remedii plenitudine gloriemur . per.

DOMINICA. XIIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

OMnipotens et misericors deus . de cuius munere uenit ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur 7 tribue quesumus nobis :/ ut ad promissiones tuas sine offensione [fo. 101 curramus . per.

Secreta.

Hostias quesumus[1] domine propicius intende quas sacris altaribus exibemus . ut nobis indulgentiam largiendo . tuo nomini dent honorem . per.

Post communionem.

Uiuificet nos quesumus domine huius participatio sancta misterii . et pariter nobis expiationem tribuat et munimen . per.

DOMINICA. XIIIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

OMnipotens sempiterne deus . da nobis fidei . spei . et caritatis augmentum et ut mereamur assequi quod promittis 7 fac nos amare quod precipis . per.

Secreta.

Propiciare domine populo tuo . propiciare muneribus . ut hac oblatione placatus . indulgentiam nobis tribuas . et postulata concedas . per.

Post communionem.

Sumptis domine celestibus sacramentis 7 ad redemptionis eternę quesumus proficiamus augmentum . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTAM MARIAM MAIOREM.

HIc non[2] dicitur dominus uobiscum.

Misericordię tuę remediis quesumus domine fragilitas nostra subsistat :/ ut quę sua conditione atteritur 7 tua clementia reparetur . per.

Lectio. Ia.

Hęc dicit dominus. Ecce dies ueniunt. (Amos ix. 13.)

[1] Inserted above the line and erased after *propicius*.
[2] The *non* is inserted above the line in red.

Graduale.

Qui sicut.

℣. Suscitans.

Hic dicitur[1] *Dominus uobiscum.*
Presta quesumus domine familie supplicanti :' ut dum a cibis corporalibus se abstinent 7 a uiciis mente ieiunent . per .

Secreta.

Hęc hostia domine quesumus emundet nostra delicta . et sacrificium celebrandum . subditorum tibi corpora mentesque sanctificet . per.

Post communionem.

Sumentes domine dona cęlestia . suppliciter deprecamur :' ut quę sedula seruitute donante te gerimus 7 dignis / [fo. 101*b* sensibus tuo munere capiamus . per.

Feria. via. ad apostolos.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :' ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes 7 et corpore tibi placeamus et mente . per.

Secreta.

Accepta tibi sint domine quesumus nostri dona ieiunii . quę et expiando nos . tua gratia dignos efficiant . et ad sempiterna promissa perducant . per.

Post communionem

Quesumus omnipotens deus :' ut de perceptis muneribus gratias exhibentes 7 beneficia potiora sumamus . per.

Sabbato in. xiiim. lectionibus. ad sanctum petrum.

HIc non dicitur Dominus uobiscum usque post benedictus es. Omnipotens sempiterne deus . qui per continentiam salutarem . et corporibus mederis et mentibus . 7 maiestatem tuam supplices exoramus :' ut pia ieiunantium deprecatione placatus 7 et presentia nobis subsidia prebeas et futura . per .

[1] *dicitur* is written in red above *non repetitur*, which is expunged.

Lectio. Ia.

Locutus est dominus ad moysen. (Lev. xxiii. 26.)

Graduale.

Propicius esto.

Oremus.

Da nobis quesumus omnipotens deus :' ut ieiunando tua gratia satiemur 7 et abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores . per.

Lectio. IIa.

Locutus est dominus ad moysen. (Lev. xxiii. 39.)

Graduale.

Protector.

Oremus.

Tuere quesumus domine familiam tuam :' ut salutis eternę remedia quę te aspirante requirimus 7 te largiente consequamur . per.

Lectio. IIIa.

Domine deus noster. (Mic. vii. 14.)

Graduale.

Dirigatur.

Oremus.

Presta quesumus domine . sic nos ab epulis abstinere carnalibus 7 ut a uiciis irruentibus pariter ieiunemus . per.

Lectio. IIIIa.

Factum est uerbum. (Zach. viii. 1.)

Graduale.

Saluum fac.

Oremus.

Ut nos domine tribuis sollempne tibi deferre ieiunium 7. /sic nobis quesumus indulgentie presta subsidium . per. [fo. 102

Lectio. Va.

Angelus domini. (Dan. iii. 49.)

Hymnus.

Benedictus.

Dominus uobiscum.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium 7 concede propicius :/ ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum . per.

Hac collecta finita statim sequatur epistola.

Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus :/ ut oculis tuę maiestatis munus oblatum . et gratiam nobis deuotionis obtineat . et effectum beatę perhennitatis adquirat . per.

Post communionem.

Perficiant in nobis domine quesumus tua sacramenta quod continent :/ ut quę nunc specie gerimus 7 rerum ueritate capiamus . per.

DOMINICA. XVa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

CUstodi domine quesumus ęcclesiam tuam propiciatione perpetua :/ et quia sine te labitur humana mortalitas 7 tuis semper auxiliis . et abstrahatur a noxiis . et ad salutaria dirigatur . per.

Secreta.

Concede nobis domine ut hęc hostia salutaris . et nostrorum fiat purgatio delictorum et tue propiciatio potestatis . per.

Post communionem.

Purificent semper et muniant tua sacramenta nos deus 7 et ad perpetuę ducant saluationis effectum . per.

DOMINICA. XVIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

ECclesiam tuam domine miseratio continuata mundet et muniat :/ et quia sine te non potest salua consistere 7 tuo semper munere gubernetur . per.

Secreta.

Tua nos domine sacramenta custodiant . et contra diabolicos tueantur semper incursus . per.

Post communionem.

Mentes nostras et corpora possideat quesumus domine doni celestis operatio :/ / ut non noster sensus in nobis . sed [fo. 102*b* iugiter eius preueniat effectus . per.

DOMINICA. XVIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

TUa nos domine quesumus gratia semper et[1] preueniat et sequatur 7 ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos . per.

Secreta.

Munda nos domine sacrificii presentis effectu . et perfice miseratus in nobis . ut eius mereamur esse participes . per.

Post communionem.

Purifica domine quesumus benignus mentes nostras[2] et renoua celestibus sacramentis 7 ut consequenter et corporum presens pariter et futurum capiamus auxilium . per.

DOMINICA. XVIIIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

DA quesumus domine populo tuo diabolica uitare contagia 7 et te solum dominum pura mente sectari . per.

Secreta.

Maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur :/ ut hęc sancta quę gerimus 7 et a preteritis nos delictis exuant et futuris . per.

Post communionem.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus . et uitia nostra curentur 7 et remedia ęterna nobis proueniant . per.

[1] Inserted above the line.
[2] The order is changed to *mentes nostras benignus* by *a b c* written above the words.

DOMINICA. XIXa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

DIrigat corda nostra domine quesumus tuę miserationis operatio 7 quia tibi sine te placere non possumus . per.

Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificii ueneranda commercia . unius summęque diuinitatis participes efficis . presta quesumus . ut sicut tuam cognoscimus ueritatem . sic eam dignis mentibus et moribus assequamur . per.

Post communionem.

Gratias tibi referimus domine sacro munere uegetati . tuam misericordiam deprecantes 7 ut[1] dignos nos eius participatione / perficias . per. [fo. 103

DOMINICA. XXa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

OMnipotens et misericors deus . uniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude :' ut mente et corpore pariter expediti 7 quę tua sunt liberis mentibus exequamur . per.

Secreta.

Hęc munera quesumus domine quę oculis tuę maiestatis offerimus . salutaria nobis esse concede . per.

Post communionem.

Tua nos domine medicinalis operatio . et a nostris peruersitatibus clementer expediat 7 et tuis faciat semper inherere mandatis . per.

DOMINICA. XXIa. POST PENTECOSTEN.

[*Collecta.*]

LArgire domine quesumus fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem :' ut pariter ab omnibus mundentur offensis 7 et secura tibi mente deseruiant . per.

[1] Inserted above the line.

Secreta.

Celestem nobis prebeant hęc misteria quesumus domine medicinam . et uicia nostri cordis expurgent . per.

Post communionem.

Ut sacris domine reddamur digni muneribus . fac nos quesumus tuis obedire mandatis . per.

Dominica. xxiia. post pentecosten.

[Collecta.]

FAmiliam tuam quesumus domine continua pietate custodi : ut a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera 7 et in bonis actibus tuo nomini sit deuota . per.

Secreta.

Suscipe domine propicius hostias quibus et te placari uoluisti . et nobis salutem potenti pietate restitui . per.

Post communionem.

Immortalitatis alimoniam consecuti quesumus domine 7 ut quod ore percepimus mente sectemur . per.

Dominica. xxiiia. post pentecosten.

[Collecta.]

DEus refugium nostrum et uirtus 7 adesto piis ęcclesię tuę precibus auctor ipse pietatis : et presta ut quod fideliter petimus 7 effica/citer consequamur . per. [fo. 103*b*

Secreta.

Da misericors deus ut hęc salutaris oblatio . et a propriis nos reatibus indesinenter expediat . et ab omnibus tueatur aduersis . per.

Post communionem.

Sumpsimus domine sacri dona misterii humiliter deprecantes : ut quę in tui commemoratione nos facere precepisti 7 in nostrę proficiant infirmitatis auxilium . per.

DOMINICA. XXIIIIa. POST PENTECOSTEN.

Collecta.

EXcita domine quesumus tuorum fidelium uoluntates :' ut diuini operis fructum propensius exequentes 7 pietatis tuę remedia maiora percipiant . per.

Secreta.

Propicius esto domine supplicationibus nostris . et populi tui oblationibus precibusque susceptis . omnium nostrorum ad te corda conuerte . ut a terrenis cupiditatibus liberi . ad cęlestia desideria transeamus . per.

Post communionem.

Concede nobis domine quesumus :' ut per sacramentum quod sumpsimus . quicquid in nostra mente uiciosum est . ipsius medicationis dono curetur . per.

In septimana ante aduentum Domini dicatur Missa de Sancta trinitate quam inuenies scriptam post Missam dedicationis ecclesię quę est in fine Sanctorum.

DOMINICA. Ia. IN ADUENTU DOMINI.

[*Collecta.*]

EXcita domine quesumus potentiam tuam et ueni :' et ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis . te mereamur protegente eripi 7 te liberante saluari. Qui uiuis.

Secreta.

Hęc sacra nos domine potenti uirtute mundatos . ad / [fo. 104 suum faciant puriores uenire principium . per.

Post communionem.

Suscipiamus domine misericordiam tuam in medio templi tui 7 et reparationis nostrę uentura sollempnia congruis honoribus precedamus . per.

DOMINICA SECUNDA AD IERUSALEM.

[*Collecta.*]

EXcita domine corda nostra ad preparandas unigeniti tui uias 7 ut per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum.

Secreta.

Placare quesumus domine humilitatis nostrę precibus et hostiis . et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum . tuis nobis succurre presidiis . per.

Post communionem.

Refecti cibo spiritalis alimonię . supplices te domine deprecamur : ut huius participatione misterii doceas nos terrena despicere 7 et amare cęlestia . per.

DOMINICA. IIIa. AD SANCTUM PETRUM.

Collecta.

AUrem tuam quesumus domine precibus nostris accomoda 7 et mentis nostrę tenebras gratia tuę uisitationis illustra. Qui uiuis.[1]

Secreta.

Deuotionis nostrę tibi quesumus domine hostia iugiter immoletur . quę et sacri peragat instituta misterii . et salutare tuum nobis mirabiliter operetur . per.

Post communionem.

Imploramus domine clementiam tuam 7 ut hęc diuina subsidia a uiciis expiatos . ad festa uentura nos preparent . per.

FERIA. IIIIa. AD SANCTAM MARIAM MAIOREM.

HIc non[2] *dicitur. Dominus uobiscum.*
Presta quesumus omnipotens deus : ut redemptionis nostrę uentura sollempnitas . et presentis nobis uitę subsidia conferat 7 et eternę beatitudinis premia largiatur . per.

| *Lectio. Ia.* [fo. 104*b*

Dixit ysaias propheta. (Is. ii. 5.)

Graduale.

Tollite portas.

℣. Quis ascendet.

[1] These last two words are squeezed in by another hand.
[2] Inserted in red above the line.

Hic non repetatur Dominus uobiscum.
Oremus.
Festina quesumus domine ne tardaueris 7 et auxilium nobis supernę uirtutis impende :' ut aduentus tui consolationibus sulleuentur 7 qui in tua pietate confidunt. Qui uiuis.

Secreta.

Accepta tibi sint domine quesumus nostra ieiunia . quę et expiando nos tua gratia dignos efficiant . et ad sempiterna promissa perducant . per.

Post communionem.

Salutaris tui domine munere saciati supplices deprecamur :' ut cuius letamur gustu 7 renouemur effectu . per.

FERIA. VIa. AD APOSTOLOS.

[*Collecta.*]

EXcita quesumus domine potentiam tuam et ueni :' ut hi qui in tua pietate confidunt 7 ab omni cicius aduersitate liberentur. Qui uiuis.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis :' et cęlestibus nos munda misteriis . et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret 7 et a uetustate purgatos . in misterii salutaris faciat transire consortium . per.

SABBATO IN. XII. LECTIONIBUS AD SANCTUM PETRUM.

HIc non dicitur Dominus uobiscum.
Oremus.
Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur 7 concede propicius :' ut ex tua uisitatione consolemur . per.

Lectio. Ia.

Clamabunt ad dominum. (Is. xix. 20.)

Graduale.

A summo cęlo.

℣. Cęli enarrant.

Oremus.

Concede quesumus omnipotens deus :' ut qui sub peccati iugo . ex uetusta seruitute deprimimur 7 expectata unigeniti filii tui noua natiuitate liberemur . per eundem.

Lectio. IIa.

Letabitur deserta et in. (Is. xxxv. 1.)

Graduale.

In sole posuit.

℣. A summo cęlo.

/ *Oremus.* [fo. 105

Indignos nos quesumus domine famulos tuos quos actionis proprię culpa contristat 7 unigeniti filii tui aduentu letifica . per eundem.

Lectio. IIIa.

Super montem excelsum. (Is. xl. 9.)

Graduale.

Domine deus uirtutum.

Oremus.

Presta quesumus omnipotens deus :' ut filii tui uentura sollempnitas . et presentis nobis uitę remedia conferat 7 et premia ęterna concedat . per eundem.

Lectio quarta.

Christo meo cyro. (Is. xlv. 1.)

Graduale.

Excita domine.

℣. Qui regis.

Oremus.

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi :' ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur 7 pietatis tuę uisitatione consolemur . per.

Lectio. Va.

Angelus domini descendit. (Dan. iii. 49.)

Ymnus.

Benedictus es.

Hic dicitur Dominus uobiscum.

Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium 7 concede propicius :' ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine placatus intende . ut et deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

Post communionem.

Quesumus domine deus noster :· ut sacrosancta misteria quę preparationis nostrę munimine contulisti 7 et presens nobis remedium esse facias et futurum . per.

DIE DOMINICA UACAT.

Collecta.

EXcita domine potentiam tuam et ueni 7 et magna nobis uirtute succurre :· ut auxilium[1] gratię tuę quod nostra peccata prepediunt 7 indulgentia tuę propiciationis acceleret. Qui uiuis.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine placatus intende . ut et deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

Post communionem.

Sumptis muneribus quesumus domine 7 ut cum frequentatione misterii crescat nostrę salutis effectus . per.

/IN NATALI SANCTI STEPHANI PROTHOMARTYRIS. [fo. 105*b*

Collecta.

DA nobis quesumus domine imitari quod colimus 7 ut discamus et inimicos diligere :· quia eius natalicia celebramus 7 qui nouit eitam pro persecutoribus exorare . dominum nostrum.

Secreta.

Suscipe domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum . ut sicut illos passio gloriosos fecit . ita nos deuotio reddat innocuos. per.

Post communionem.

Auxilientur nobis domine sumpta misteria 7 et intercedente beato stephano martyre tuo sempiterna protectione confirment . per.

[1] *per* has been written before this word and erased.

IN NATALI SANCTI IOHANNIS EWANGELISTĘ.

[Collecta.]

ECclesiam tuam domine benignus illustra :' ut beati iohannis euuangelistę, illuminata doctrinis 7 ad dona perueniat sempiterna . per.

Credo in unum.[1]

Secreta.

Suscipe munera domine quę in eius tibi sollempnitate deferimus 7 cuius nos confidimus patrocinio liberari . per.

Prefacio.

V ęquum et salutare . Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor eternę non deseras :' sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias . ut isdem rectoribus gubernetur . quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores . Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus . cumque omni militia cęlestis exercitus . hymnum glorię tuę canimus sine fine dicentes . sanctus . sanctus . sanctus.

Post communionem.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster te supplices deprecamur :' ut in cuius hęc commemoratione percepimus . eius muniamur / et precibus . per. [fo. 106

SANCTORUM INNOCENTUM.

Collecta.

DEus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo sed moriendo confessi sunt :' omnia in nobis uiciorum mala mortifica 7 ut fidem tuam quam lingua nostra loquitur :' etiam moribus uita fateatur . per.

Secreta.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio . quę et munera nostra conciliet . et tuam nobis indulgentiam semper obtineat . per.

Post communionem.

Uotiua domine dona percepimus 7 quę sanctorum nobis precibus et presentis quesumus uitę pariter et eternę tribue conferre subsidium . per.

[1] In the margin, but in the same hand.

Sancti siluestri episcopi et confessoris.

[*Collecta.*]

DA quesumus omnipotens deus :' ut beati siluestri confessoris tui atque pontificis ueneranda sollempnitas 7 et deuotionem nobis augeat et salutem . per.

Secreta.

Sancti tui nos domine ubique letificent ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus . per.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens deus :' ut de perceptis muneribus gratias exhibentes 7 beneficia potiora sumamus . per.

Sancti felicis in pincis.

[*Collecta.*]

COncede quesumus omnipotens deus :' ut ad meliorem uitam sanctorum tuorum exempla nos prouocent :' quatinus quorum sollempnia agimus 7 etiam actus imitemur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine beati felicis confessoris tui dicatas meritis benignus assume . et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium . per.

Post communionem.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis :' ut cuius sollempnia / celebramus 7 eius orationibus adiuuemur . [fo. 106*b* per.

Sancti marcelli martiris atque pontificis.

[*Collecta.*]

PReces populi tui quesumus domine clementer exaudi :' ut beati marcelli martiris tui atque pontificis meritis adiuuemur 7 cuius passione letamur . per.

Secreta.

Suscipe quesumus domine munera dignanter oblata . et beati marcelli suffragantibus meritis ad nostrę salutis auxilium prouenire concede . per.

Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :' eius quesumus semper interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

Sanctę priscę martyris.

[*Collecta.*]

DA quesumus omnipotens deus :' ut qui beatę priscę martyris tuę natalicia colimus 7 et annua sollempnitate letemur . et tantę fidei proficiamus exemplo . per.

Secreta.

Hostia domine quesumus quam in sanctorum tuorum nataliciis recensentes offerimus . et uincula nostrę prauitatis absoluat et tuę nobis misericordię dona conciliet . per.

Post communionem.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis :' ut cuius sollempnia celebramus 7 eius orationibus adiuuemur . per.

Fabiani atque sebastiani martyrum.

Collecta.

DEus qui beatos martyres tuos fabianum atque sebastianum uirtute constantię in passione roborasti : ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere 7 et nulla eius aduersa formidare . per.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio . et eorum nobis fiat supplicatione salutaris . pro quorum sollempnitate defertur . per.

Post communionem.

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur :' / ut quod debitę seruitutis celebramus officio 7 inter- [fo. 107 cedentibus martyribus tuis fabiano atque sebastiano . saluationis tuę sentiamus augmentum . per.

Agnetis martyris.

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . qui infirma mundi eligis . ut fortia queque confundas 7 concede propicius :/ ut qui beatę Agnę martyris tuę sollempnia colimus 7 eius apud te patrocinia sentiamus . per.

Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus . propicius suscipe . et intercedente beata Agna martyre tua uincula peccatorum nostrorum absolue . per.

Post communionem.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster te supplices exoramus :/ ut in cuius hęc commemoratione percepimus 7 eius muniamur et precibus . per.

Uincentii martyris.

[*Collecta.*]

ADesto domine supplicationibus nostris :/ ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus 7 beati uincentii martyris tui intercessione liberemur . per.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et cęlestibus nos munda misteriis et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :/ ut qui celestia alimenta percepimus 7 intercedente beato uincentio martyre tuo per hęc contra omnia aduersa muniamur . per.

Agnetis secundo.

Collecta.

DEus qui nos annua beatę agnę[1] martyris tuę sollempnitate letificas :/ da quesumus ut quam ueneramur officio 7 etiam pię conuersationis sequamur exemplo . per.

[1] Inserted above the line.

Secreta.

Super has quesumus domine hostias benedictio copiosa descendat . quę et sanctificationem nobis clementer operetur . et de martyrum nos / sollempnitate letificet . per. [fo. 107*b*

Post communionem.

Sumpsimus domine celebritatis annuę uotiua sacramenta 7 presta quesumus :' ut et temporalis nobis uitę remedia prebeant et eternę . per.

IN CONUERSIONE SANCTI PAULI.

CRedo in unum.

[*Collecta.*]

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti :' da nobis quesumus . ut cuius hodie conuersionem colimus 7 eius apud te patrocinia sentiamus.

Secreta.

Ecclesię tuę quesumus domine preces et hostias apostolica commendet oratio :' ut quod pro illorum gloria celebramus nobis prosit ad ueniam . per.

Prefacio.

VT ęquum et salutare. Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor eterne non deseras . sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias . ut isdem rectoribus gubernetur . quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis.

Post communionem.

Perceptis domine sacramentis beatis apostolis[1] interuenientibus deprecamur :' ut quę pro illorum celebrata sunt gloria 7 nobis proficiant ad medelam . per.

IN PURIFICATIONE SANCTE MARIĘ UIRGINIS.

[*Collecta.*]

OMnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus :' ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostrę carnis substantia in templo est presentatus 7 ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari . per eundem.

Credo in unum.[2]

1 *tuis* has been written after this word, and erased.

2 In the margin, but in the same hand.

Secreta.

Exaudi domine preces nostras . et ut digna sint munera quę oculis tuę maiestatis offerimus . subsidium nobis[1] tuę pietatis impende . per.

| *Prefacio* [fo. 108

VT ęternę deus . Et te in purificatione beatę Marię semper uirginis laudare . benedicere . et predicare. Quę et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit :' et uirginitatis gloria permanente . huic mundo lumen ęternum effudit ihesum christum dominum nostrum per quem maiestatem.

Post communionem.

Quesumus domine deus noster :' ut sacrosancta misteria quę pro reparationis nostrę munimine contulisti 7 intercedente beata semper uirgine Maria . et presens nobis remedium esse facias et futurum . per.

Sanctę agathe uirginis et martyris.

[*Collecta.*]

DEus qui inter cętera potentię tuę miracula . etiam in sexu fragili uictoriam martyrii contulisti 7 concede propicius :' ut cuius natalicia colimus 7 per eius ad te exempla gradiamur per.

Secreta.

Suscipe munera domine quę in beatę agathę martyris tue sollempnitate deferimus 7 cuius nos confidimus patrocinio liberari . per.

Post communionem.

Auxilientur nobis domine sumpta misteria 7 et intercedente beata agatha martyre tua . sempiterna protectione confirment . per.

Ualentini martyris.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui beati ualentini martyris tui natalicia colimus 7 a cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur . per.

[1] Inserted above the line.

Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus et intercedente beato ualentino martyre tuo a cunctis nos[1] defende periculis . per.

Post communionem.

Sit nobis domine reparatio mentis et corporis cęleste misterium : ut cuius exequimur actionem 7 sentiamus effectum . per.

/ CATHEDRA SANCTI PETRI APOSTOLI. [fo. 108*b*

Collecta.

DEus qui apostolo tuo petro collatis clauibus regni cęlestis ligandi atque soluendi pontificium tradidisti 7 concede . ut intercessionis eius auxilio . a peccatorum nostrorum nexibus liberemur . Q̃ui uiuis.

Credo in unum.[2]

Secreta.

Ecclesię tue quesumus domine preces et hostias . beati petri apostoli commendet oratio : ut quod pro illius gloria celebramus . nobis prosit ad ueniam . per.

Prefacio.

VT ęquum et salutare. Te domine suppliciter exorare . ut gregem tuum pastor eternę non deseras . sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias . ut isdem rectoribus gubernetur . quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis.

Post communionem.

Letificet nos domine munus oblatum : ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus 7 sic per illum tuę sumamus indulgentię largitatem . per.

MATHIE APOSTOLI.

Collecta.

QUesumus omnipotens deus . ut beatus mathias apostolus . tuum pro nobis imploret auxilium : ut a nostris reatibus absoluti 7 a cunctis etiam periculis exuamur . per.

Credo in unum.

[1] Inserted above the line.
[2] In the margin but in the same hand.

Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus . quo beati mathię sollempnia recolentes . purificationem quoque nostris mentibus imploramus . per.

Prefacio requiritur in alia missa. V: ęquum et salutare.

Post communionem.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus :· ut intercedente beato mathia apostolo tuo . quę pro illius ueneranda gerimus passione 7 nobis proficiant ad medelam . per.

SANCTI GREGORII EPISCOPI ET CONFESSORIS.[1]

Collecta.

DEus qui anime famuli tui Georgii[2] eternę beatitudinis premia contulisti 7 concede propicius :· / ut qui [fo. 109 peccatorum nostrorum pondere premimur 7 eius apud te precibus sulleuemur . per.

Secreta.

Annue nobis domine . ut intercessione[3] famuli tui gregorii hęc nobis[4] prosit oblatio . quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta . per.

Post communionem.

Deus qui beatum gregorium pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti 7 concede propicius :· ut qui commemorationis eius festa percolimus 7 uitę quoque imitemur exempla . per.

IN TRANSITU SANCTI BENEDICTI ABBATIS.

[*Collecta.*]

INtercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet :· ut quod nostris meritis non ualemus 7 eius patrocinio assequamur . per.

Secreta.

Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus benedictus . quesumus in salutem nobis prouenire deposcat . per.

[1] *gregorii* is written sideways down the margin in black.
[2] *Leg.*, Gregorii.
[3] *ut intercessione* is written in another hand in a space left. The space not being large enough, the last five letters are written above the line.
[4] Inserted above the line by the last hand.

Post communionem.

Protegat nos domine cum tui perceptione sacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo 7 ut conuersationis eius experiamur insignia . per.

In annunciatione sancte marie.

[*Collecta.*]

DEus qui hodierna die uerbum tuum beatę uirginis aluo coadunare uoluisti 7 fac nos ita peragere . ut tibi placere ualeamus . per eundem.

Credo in unum.

Secreta.

In mentibus nostris domine uerę fidei sacramenta confirma . ut qui conceptum de uirgine deum uerum et hominem confitemur . per eius salutiferę resurrectionis potentiam ad ęternam[1] mereamur peruenire leticiam . per eundem.

Prefacio.

Ꝺ eternę deus. Et te in annuntiatione beatę Marię semper uirginis . laudare . benedicere . et predicare. Quę et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit . et / uirginitatis gloria permanente huic mundo lumen [fo. 109*b* ęternum effudit ihesum christum dominum nostrum. Per quem maiestatem.

Post communionem.

Graciam tuam domine mentibus nostris infunde : ut qui angelo nunciante . christi filii tui incarnationem cognouimus 7 per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur . per eundem.

Sanctorum tiburtii et ualeriani et maximi martyrum.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus : ut qui sanctorum tuorum tyburtii ualeriani et maximi sollempnia colimus 7 eorum etiam uirtutes imitemur . per.

[1] This word is written by a different hand over an erasure.

Secreta.

Hostia hęc quesumus domine quam in sanctorum tuorum nataliciis recensentes offerimus . et uincula nostrę prauitatis absoluat . et tuę nobis misericordię dona conciliet . per.

Post communionem.

Sacro munere saciati . supplices te domine deprecamur :/ ut quod debitę seruitutis celebramus officio 7 saluationis tuę sentiamus augmentum . per.

Sancti georgii martyris.

Collecta.

DEus qui nos beati Georgii martyris tui meritis et intercessione letificas 7 concede propicius :/ ut qui eius beneficia poscimus 7 dona tuę gracię consequamur . per.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica 7 et intercedente beato georgio martyre tuo nos a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus :/ ut quos tuis reficis sacramentis 7 intercedente beato georgio martyre tuo tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire . per.

Sancti marci ewangelistę.

[*Collecta.*]

ECclesiam tuam domine benignus illustra :/ ut beati marci euangelistę illuminata doctrinis 7 /ad dona [fo. 110 perueniat sempiterna . per.

Secretam et postcommunionem quere in natalis Sancti iohannis ewangelistę. Prefacio uero non dicitur. Credo in unum deum dicitur.

Uitalis martyris.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut intercedente beato uitale martyre tuo . et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore 7 et a prauis cogitationibus mundemur in mente . per.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio . et eius nobis fiat supplicatione salutaris . pro cuius sollempnitate defertur . per.

Post communionem.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster :' ut cuius exequimur cultum 7 sentiamus effectum . per .

In natali apostolorum philippi et iacobi.

[*Collecta.*]

DEus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi sollempnitate letificas 7 presta quesumus :' et quorum gaudemus meritis 7 instruamur exemplis . per.

Credo in unum.

Secreta.

Munera domine quę pro apostolorum tuorum philippi et iacobi sollempnitate deferimus[1] propicius suscipe . et mala omnia quę meremur auerte . per.

Prefacio.

V7 equum et salutare. Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor ęternę non deseras : sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias :' ut isdem rectoribus gubernetur : quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archangelis.

Post communionem.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis :' ut quorum sollempnia celebramus 7 eorum orationibus adiuuemur . per.

/ In inuentione sancte crucis. [fo. 110*b*

[*Collecta.*]

DEus qui in preclara salutifere crucis inuentione . passionis tuę miracula suscitasti 7 concede ut uitalis ligni precio eternę uitę suffragia consequamur. Qui uiuis.

Credo.[2]

[1] This word is written over an erasure.

[2] *credo in unum deum* is again written in the same hand in the margin ; probably because the first *credo* being written on the inside of the page, might be overlooked.

Secreta.

Sacrificium domine quod immolamus placatus intende :' ut ab omnium nos exuat bellorum nequitia . et per uexillum sanctę crucis filii tui ad conterendas potestatum aduersarum insidias . nos in tuę protectionis securitate constituat . per eundem.

Prefacio.

V eternę deus :' Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti :' ut unde mors oriebatur :' inde uita resurgeret. Et qui per[1] lignum uincebat per lignum quoque uinceretur :' per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem.

Post communionem.

Ineffabilem clementiam tuam quesumus omnipotens deus :' ut ab his quos per lignum sanctę crucis pio cruore filii tui redemisti . dira serpentis antiqui uenena depellas 7 et eis per gratiam sancti spiritus poculum salutis infundas . per eundem . in unitate eiusdem.

EODEM DIE ALEXANDRI . EUENTII . ET THEODOLI MARTYRUM.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui sanctorum tuorum alexandri . euentii . et theodoli . natalicia colimus 7 a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur . per dominum.

Secreta.

Super has quesumus hostias domine benedictio copiosa descendat . quę et sanctificationem nobis clementer operetur . et de martyrum nos sollempnitate letificet . per.

Post communionem.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster :' ut cuius exequimur cultum 7 sentiamus effectum . per.

/ IOHANNIS APOSTOLI ANTE PORTAM LATINAM. [fo. III

[Collecta.]

DEus qui conspicis quïa nos undique mala nostra perturbant 7 presta quesumus . ut beati iohannis apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat . per.

[1] The words *qui per* are written over an erasure.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et cęlestibus nos munda misteriis . et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Refecti domine pane cęlesti 7 ad uitam quesumus nutriamur ęternam . per.

GORDIANI ATQUE EPIMACHI MARTYRUM.

[*Collecta.*]

DA quesumus omnipotens deus : ut qui beatorum martyrum tuorum Gordiani atque epimachi sollempnia colimus 7 eorum apud te intercessionibus adiuuemur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine beatorum martyrum Gordiani atque epimachi dicatas meritis benignus assume . et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus : ut qui cęlestia alimenta percepimus 7 intercedentibus sanctis tuis Gordiano atque epimacho per hęc contra omnia aduersa muniamur . per.

NEREI. ACHILLEI. ATQUE PANCRATII. MARTYRUM.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus : ut qui beatorum martyrum tuorum Nerei . achillei . atque pancracii . natalicia colimus 7 a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur . per.

Secreta.

Munera quesumus domine tibi dicata sanctifica . et intercedentibus beatis martyribus tuis . nereo . achilleo . atque pancratio . per eadem nobis placatus intende . per.

Post communionem.

Beatorum martyrum tuorum. Nerei . achillei . atque pancracii domine intercessionibus placatus 7 presta quesumus : ut quę temporali / celebramus actione 7 perpetua [fo. 111*b* saluatione capiamus . per.

Sancti urbani pape et martyris.

[Collecta.]

DA quesumus omnipotens deus :' ut qui beati Urbani martyris tui atque pontificis sollempnia colimus 7 eius apud te intercessionibus adiuuemur . per.

Secreta.

Hęc hostia quesumus domine emundet nostra delicta . et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque[1] sanctificet . per.

Post communionem.

Refecti participatione muneris sacri . quesumus domine deus noster :' ut cuius exequimur cultum 7 sentiamus effectum . per.

Sancti nichomedis martyris.

Collecta.

DEus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis . et intercessione letificas 7 concede propicius :' ut qui eius beneficia poscimus 7 dona tuę gratię consequamur . per.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica . et intercedente beato nichomede martyre tuo nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus :' ut quos tuis reficis sacramentis 7 intercedente beato nichomede martyre tuo . tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire . per.

Sancti marcellini et petri martyrum.

Collecta.

DEus qui nos annua beatorum martyrum tuorum marcellini . et petri sollempnitate letificas 7 presta quesumus :' ut quorum gaudemus meritis 7 prouocemur exemplis . per.

[1] Inserted above the line in a different hand.

Secreta.

Hostia hęc quesumus domine quam in sanctorum tuorum nataliciis recensentes offerimus . et uincula nostrę prauitatis absoluat . et tuę misericordię nobis dona conciliet . per.

| *Post communionem.* [fo. 112

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur :' ut quod debitę seruitutis celebramus officio 7 saluationis tuę sentiamus augmentum . per.

Sancti marci et marcelliani martyrum.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui sanctorum marci et marcelliani natalicia colimus 7 a cunctis malis imminentibus eorum intercessione liberemur . per.

Secreta.

Munera domine tibi dicata sanctifica . et intercedentibus beato marco et marcelliano per eadem nos placatus intende . per.

Post communionem.

Salutaris tui domine munere saciati . supplices exoramus :' ut quorum letamur gustu 7 renouemur effectu . per.

Sanctorum geruasii et prothasii martyrum.

Collecta.

DEus qui nos annua sanctorum tuorum Geruasii . et prothasii . sollempnitate letificas 7 concede propicius :' ut quorum gaudemus meritis . accendamur exemplis . per.

Secreta.

Oblatis domine quesumus placare muneribus et intercedentibus sanctis tuis . a cunctis nos[1] defende periculis . per.

Post communionem.

Hęc nos communio domine purget a crimine 7 et intercedentibus sanctis tuis geruasio . et prothasio . cęlestis remedii faciat esse consortes . per.

[1] Inserted above the line.

IN UIGILIA SANCTI IOHANNIS BAPTISTĘ.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus 7 ut familia tua per uiam salutis incedat :' et beati iohannis precursoris hortamenta sectando 7 ad eum quem predixit secura perueniat . dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica . et intercedente beato iohanne baptista . nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Beati iohannis baptistę nos domine preclara comitetur oratio :' et quem / uenturum esse predixit 7 poscat [fo. 112*b* nobis fauere placatum . dominum nostrum ihesum.

MISSA DE MANE.

[*Collecta.*]

COncede quesumus omnipotens deus :' ut qui beati iohannis baptistę sollempnia colimus 7 eius apud te intercessione muniamur . per.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica . et intercedente beato iohanne baptista . nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens deus :' ut qui cęlestia alimenta percepimus 7 intercedente beato[1] iohanne baptista . per hęc contra omnia aduersa muniamur . per.

Hęc Missa suprascripta per octauas sancti Iohannis[2] dicetur . et in ipso die octauo.

MISSA IN DIE.

[*Collecta.*]

DEus qui presentem diem honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate[3] fecisti :' da populis tuis spiritalium gratiam gaudiorum 7 et omnium fidelium mentes dirige in uiam salutis ęternę . per.

[1] The last three letters of this word are written in a different hand over an erasure.
[2] Inserted above the line.
[3] A word has been erased before this word.

Secreta.

Tua domine muneribus altaria cumulamus . illius natiuitatem honore debito celebrantes . qui saluatorem mundi et cecinit affuturum . et adesse monstrauit . dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum.

Post communionem.

Sumat ęcclesia tua deus beati iohannis baptistę generatione leticiam 7 per quem suę regenerationis cognouit auctorem . dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum.

Iohannis et pauli martyrum.

[*Collecta.*]

QUesumus omnipotens deus . ut nos geminata leticia hodiernę festiuitatis excipiat : quę de beatorum iohannis et pauli glorificatione procedit 7 quos eadem fides et passio uere fecit esse germanos . per.

Secreta.

Hostias tibi domine sanctorum martyrum tuorum iohannis et pauli dicatas me/ritis benignus assume . et ad [fo. 113 perpetuum nobis tribue prouenire subsidium . per.

Post communionem.

Sumpsimus domine sanctorum tuorum sollempnia celebrantes celestia sacramenta : presta quesumus ut quod temporaliter gerimus ęternis gaudiis consequamur . per.

Sancti leonis pape.

[*Collecta.*]

DEus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti 7 concede propicius : ut qui commemorationis eius festa percolimus 7 uitę quoque imitemur exempla . per.

Secreta.

Annue nobis domine ut intercessione[1] famuli tui leonis hęc nobis[2] prosit oblatio . quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta . per.

[1] *ut intercessione* is written in a different hand over a shorter word erased, probably *anime*, the last three letters being above the line.
[2] Inserted above the line in a different hand.

Post communionem.

Deus qui anime famuli tui leonis eternę beatitudinis premia contulisti 7 concede propicius :' ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur 7 eius apud te precibus subleuemur . per.

In uigilia apostolorum petri et pauli.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus :' ut nullis nos permittas perturbationibus concuti 7 quos in apostolicę confessionis petra solidasti . per.

Secreta.

Munus populi tui domine quesumus apostolica intercessione sanctifica . nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

Post communionem.

Quos cęlesti domine alimento satiasti 7 apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi . per.

In die.

Collecta.

DEus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio consecrasti :' da ecclesię tuę eorum in omnibus sequi preceptum 7 per quos religionis sumpsit exordium . per.
Credo in unum.

Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus . apostolica / prosequatur oratio . per quam nos tribuis [fo. 113*b* expiari et defendi . per

Prefacio.

VD ęquum et salutare. Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor ęternę non deseras :' sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias :' ut hisdem rectoribus gubernetur :' quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et.

Post communionem.

Quos cęlesti domine alimento saciasti 7 apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi . per.

Commemoratio sancti pauli.

Collecta.

DEus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti : da nobis quesumus . ut cuius natalicia colimus 7 eius apud te patrocinia sentiamus . per.

Credo in unum.

Secreta.

Ecclesię tuę quesumus domine preces et hostias apostolica commendet oratio . ut quod pro illorum gloria celebramus . nobis prosit ad ueniam . per.

Prefacio.

V ęquum et salutare. Te domine . *ut supra.*

Post communionem.

Perceptis domine sacramentis . beatis apostolis interuenientibus deprecamur : ut quę pro illorum celebrata sunt gloria 7 nobis proficiant ad medelam . per.

Eodem die fiat commemoratio de sancto petro.

Deus qui apostolo tuo petro collatis. *Require in cathedra eiusdem.*

Missa per octauas Require in octauo die.

Deus cuius dextera . beatum petrum.

Processi et martiniani martyrum.

Collecta.

DEus qui nos sanctorum tuorum processi et martiniani confessionibus gloriosis circumdas et protegis : da nobis et eorum imitatione proficere 7 et intercessione gaudere . per.

Secreta.

Suscipe domine preces et munera quę ut tuo sint digna conspectui . sanctorum tuorum precibus adiuuemur . per.

Post communionem. [fo. 114

Corporis sacri et preciosi sanguinis[1] repleti libamine quesumus domine deus noster :' ut quod pia deuotione gerimus 7 certa redemptione capiamus . per.

In translatione sancti martini.

QUere totum in alia festiuitate.

In octauis apostolorum.

[Collecta.]

DEus cuius dextera beatum petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit 7 et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit :' exaudi nos propicius 7 et concede . ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Qui uiuis.

Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera quę ut tuo sint digna conspectui . apostolorum tuorum precibus adiuuemur . per.

Post communionem.

Protege domine populum tuum . et apostolorum tuorum patrocinio confidentem 7 perpetua defensione conserua . per.

Septem fratrum.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus 7 pios apud te in nostra intercessione sentiamus . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus . et intercedentibus sanctis tuis deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

[1] After this word there is an erasure which is covered by blue cable work.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :/ ut illius salutaris capiamus effectum 7 cuius per hęc misteria pignus accepimus . per.[1]

MARIĘ MAGDALENĘ.

EXaudi nos deus.

Quere in Unius Uirginis non martyris.

IACOBI APOSTOLI.

GLoria in excelsis.

Collecta.

Esto domine plebi tue sanctificator et custos :/ ut apostoli tui iacobi munita presidiis et conuersatione tibi placeat 7 et secura deseruiat . per.

Credo in unum.

Secreta.

Oblationes populi tui domine quesumus beati apostoli tui iacobi / passio beata conciliet . ut quę nostris non [fo. 114*b* apta sunt meritis . fiant tibi placita eius deprecatione . per.

Prefacio ut supra in die apostolorum.

Post communionem.

Beati apostoli tui iacobi quesumus domine intercessione nos adiuua 7 pro cuius sollempnitate percepimus tua sancta letantes . per.

FELICIS EPISCOPI ET MARTYRIS.

[*Collecta.*]

INfirmitatem nostram respice omnipotens deus :/ et quia pondus propriç actionis grauat 7 beati felicis martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat . per.

[1] In the margin is written a mass of S. Margaret in a hand of the fifteenth century.

Collecta de Sancta Margareta.

Deus qui beatam uirginem Margaretam ad celos per martirii palmam uenire fecisti concede nobis quesumus . ut eius exempla sequentes . ad te peruenire mereamur . per d . n . i . x . f . t . qui . t . u.

Secreta.

Hec uictima quesumus domine pro beate Margarete martiris tue martirio oblata et mentium nobis sanctitatem et corporum optineat castitatem . per d . n . i . x . f.

Post communionem.

Huius domine sacramenti perceptione et beate Margarete uirginis et martiris tue intercessione . et tu in nobis manere dignare . et nos uiuere in te concede . per d . n.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio . et eius nobis fiat supplicatione salutaris . pro cuius sollempnitate defertur . per.

Post communionem.

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde :/ ut quos uno cęlesti pane saciasti 7 intercedente beato felice martyre tuo tua facias pietate concordes . per.

Sanctorum martyrum abdon et sennis.

[*Collecta.*]

DEus qui sanctis tuis abdon et sennem ad hanc gloriam ueniendi copiosum munus gratię contulisti :/ da famulis tuis suorum ueniam peccatorum 7 ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari . per.

Secreta.

Hęc hostia quesumus domine quam in sanctorum tuorum nataliciis recensentes offerimus . et uincula nostrę prauitatis absoluat . et tuę nobis misericordię dona conciliet . per.

Post communionem.

Per huius domine operationem misterii et uitia nostra purgentur 7 et intercedentibus sanctis tuis . iusta desideria compleantur . per.

Ad uincula sancti petri.

Collecta.

DEus qui beatum petrum apostolum a uinculis absolutum illesum abire fecisti :/ nostrorum quesumus / [fo. 115 absolue uincula peccatorum 7 et omnia mala a nobis propiciatus exclude . per.

Credo in unum.

Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium uiuificet nos semper et muniat . per.

Prefacio.

require retro. ⊕ equum et salutare. Te domine suppliciter exorare.

Post communionem.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domine deus noster :' ut quod pia deuotione gerimus certa redemptione capiamus . per.

STEPHANI PAPE ET MARTYRIS.

[*Collecta.*]

DEus qui nos beati stephani martyris tui atque pontificis annua sollempnitate letificas 7 concede propicius :' ut cuius natalicia colimus 7 de eiusdem etiam protectione gaudeamus . per.

Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica . et intercedente beato stephano martyre tuo atque pontifice . per eadem nos placatus intende . per.

Post communionem.

Hęc nos communio domine mundet a crimine 7 et intercedente beato stephano martyre tuo atque pontifice[1] cęlestis remedii faciat esse consortes . per.

IN[2] INUENTIONE SANCTI STEPHANI.

Collecta.

DA nobis quesumus domine imitari quod colimus 7 ut discamus et inimicos diligere :' quia eius sollempnia celebramus 7 qui nouit etiam pro persecutoribus exorare . dominum nostrum ihesum christum filium tuum.

Secretam et post communionem quere in aliis festiuitatibus.

SYXTI PAPE ET MARTYRIS.

[*Collecta.*]

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus 7 concede propicius : ut intercessione beati syxti martyris tui atque pontificis contra omnia aduersa muniamur . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus . ut et deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

| *Benedictio uuę.* [fo. 115*b*

Benedic domine et hos fructus nouos uuę . quos tu domine rore cęli . et inundantia pluuiarum . et temporum serenitate

[1] *atque pontificis* is inserted above the line.
[2] The *in* is inserted above in black.

atque tranquillitate . ad maturitatem perducere dignatus es :/ et dedisti ea ad usus nostros cum gratiarum accione percipere in nomine domini nostri ihesu christi . per quem hęc omnia domine semper bona creas.

Post communionem.

Presta quesumus domine deus noster :/ ut cuius festiuitate uotiua sunt sacramenta . eius salutaria nobis intercessione reddantur . per.

EODEM DIE SANCTORUM MARTYRUM FELICISSIMI ET AGAPITI.

Collecta.

DEus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum felicissimi et agapiti natalicia colere 7 da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere . per.

Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus . quę et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum et nobis salutaria te miserante reddantur.

Post communionem.

Presta nobis domine quesumus intercedentibus sanctis tuis felicissimo et agapito :/ ut quę ore contingimus 7 pura mente capiamus . per.

CYRIACI MARTYRIS SOCIORUMQUE EIUS.

Collecta.

DEus qui nos annua beati cyriaci martyris tui sociorumque eius sollempnitate letificas 7 concede propicius :/ ut quorum natalicia colimus 7 uirtutem quoque passionis imitemur . per.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio . et eorum nobis fiat supplicatione salutaris . pro quorum sollempnitate defertur . per.

Post communionem.

Refecti participatione muneris sacri . quesumus domine deus noster :/ ut cuius exequimur cultum 7 sentiamus effectum . per.

/ In uigilia sancti laurentii martyris. [fo. 116

Collecta.

ADesto domine supplicationibus nostris 7 et intercessione beati laurentii martyris tui . perpetuam nobis misericordiam benignus impende . per.

Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius suscipe et intercedente beato laurentio martyre tuo . uincula peccatorum nostrorum absolue . per.

Post communionem.

Da quesumus domine deus noster :' ut sicut beati laurentii martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio 7 ita perpetuo letemur aspectu . per.

Missa matutinalis.

[*Collecta.*]

EXcita domine in ęcclesia tua spiritum cui beatus laurentius leuita seruiuit :' ut eodem nos replente studeamus amare quod amauit 7 et opere exercere quod docuit . per dominum . in unitate eiusdem.

Secreta.

Sacrificum nostrum tibi domine quesumus beati laurentii precatio sancta conciliet . ut cuius honore sollempnitas exhibetur . meritis efficiatur acceptum . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus : ut quos donis cęlestibus satiasti 7 intercedente beato laurentio martyre tuo perpetua protectione custodias . per.

In die ad missam maiorem.

Collecta.

DA nobis quesumus omnipotens deus uiciorum nostrorum flammas extinguere 7 qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare . per dominum nostrum.

Secreta.

Accipe quesumus domine munera dignanter oblata . et beati laurentii suffragantibus meritis . ad nostrę salutis auxilium prouenire concede . per.

Post communionem.

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur :' ut quod / debitę seruitutis celebramus officio 7 interce- [fo. 116*b* dente beato laurentio . saluationis tuę sentiamus augmentum . per.

Hęc ultima missa dicetur in die octauo de Sancto Laurentio.

Sancti tiburtii martyris.

Collecta.

BEati tyburtii nos domine foueant continuata presidia :' quia non desinis propicius intueri 7 quos talibus auxiliis concesseris adiuuari . per.

Secreta.

Adesto domine precibus populi tui . adesto muneribus . ut quę sacris sunt oblata misteriis . tuorum placeant intercessione sanctorum : per.

Post communionem.

Sumpsimus domine pignus redemptionis ęternę 7 sit nobis domine quesumus interueniente beato tyburtio martyre tuo . uite presentis auxilium pariter et futurę . per.

Ypoliti martyris sociorumque eius.

[*Collecta.*]

DA nobis omnipotens deus ut beati ypoliti martyris tui sociorumque eius ueneranda sollempnitas 7 et deuotionem nobis augeat et salutem . per dominum.

Secreta.

Respice domine munera populi tui . sanctorum festiuitate uotiua . ut tuę testificatio ueritatis . nobis proficiat ad salutem . per.

Post communionem.

Sacramentorum tuorum domine communio sumpta nos saluet 7 et in tuę ueritatis luce confirmet . per.

Sancti eusebii confessoris.

[*Collecta.*]

DEus qui nos beati eusebii confessoris tui annua sollempnitate letificas 7 concede propicius :' ut cuius natalicia colimus 7 per eius ad te exempla gradiamur . per.

Secreta.

Laudis tuę domine hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum quibus nos et presentibus exui malis confidimus et futuris . per.

/ *Post communionem.* [fo. 117

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster . te supplices exoramus : ut in cuius hęc commemoratione percepimus 7 eius muniamur et precibus . per.

In uigilia assumptionis sanctę marię.

[*Collecta.*]

DEus qui uirginalem aulam beatę Marię in qua habitares eligere dignatus es : da quesumus ut sua nos defensione munitos 7 iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui uiuis.

Secreta.

Munera nostra[1] domine apud clementiam tuam dei genitricis commendet oratio[2] quam iccirco de presenti seculo transtulisti . ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat . per eundem.

Post communionem.

Concede misericors deus fragilitati nostre presidium :' ut qui sanctę dei genitricis requiem celebramus 7 intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus . per eundem.

In die.

Collecta.

FAmulorum tuorum domine delictis ignosce : et qui placere de actibus nostris non ualemus 7 genitricis filii tui domini dei nostri intercessione saluemur . per eundem.

Credo in unum.

[1] These two words, except for the initial, are written in another hand over an erasure.

[2] *commendet oratio* are written in the same hand as the above over an erasure.

Secreta.

Subueniat domine plebi tue dei genitricis oratio . quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus 7 in cęlesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus . per.

Prefacio.

V eternę deus. Et te in assumptione beatę Marię semper uirginis laudare benedicere . et predicare. Quę et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit . et uirginitatis gloria permanente . huic mundo lumen ęternum effudit . ihesum christum dominum nostrum . per quem maiestatem.

| *Post communionem.* [fo. 117*b*

Mense cęlestis participes effecti . imploramus clementiam tuam domine deus noster :' ut qui festa dei genitricis colimus 7 a malis imminentibus eius intercessionibus liberemur . per eundem.

Hęc Missa suprascripta dicetur per octo dies de Sancta Maria. Prefacio[1] *uero non dicatur nisi primo die et octauo.*

SANCTI AGAPITI MARTYRIS.

Collecta.

LEtetur ęcclesia tua deus beati agapiti martyris tui confisa suffragiis :' atque eius precibus gloriosis et deuota permaneat 7 et secura consistat . per.

Secreta.

Suscipe domine munera quę in eius tibi sollempnitate deferimus . cuius nos confidimus[2] patrocinio liberari . per.

Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :' eius quesumus interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

SANCTI THIMOTHEI ET SIMPHORIANI MARTYRUM.

Collecta.

AUxilium tuum nobis domine quesumus placatus impende 7 et intercedentibus beatis martyribus tuis thimotheo atque simphoriano dexteram super nos tuę propiciationis extende . per.

[1] This sentence is cancelled by a black penstroke.
[2] Inserted above the line.

Secreta.

Accepta sit tibi domine sacratę plebis oblatio . pro tuorum honore sanctorum quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium . per.

Post communionem.

Diuini muneris largitate saciati quesumus domine deus noster 7 ut intercedentibus beatis martyribus tuis thimotheo et simphoriano . eius semper participatione uiuamus ·. per.

/ In Natali sancti bartolomei apostoli. [fo. 118

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . qui huius diei uenerandam sanctamque[1] leticiam Beati apostoli tui Bartholomei festiuitate tribuisti :' da ecclesie tue quesumus et amare quod credidit 7 et predicare quod docuit . per.

Secreta.

Suscipe munera domine quę in eius tibi sollempnitate . deferimus 7 cuius nos confidimus patrocinio liberari . per.

Prefacio.

V ęquum et salutare. Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor ęternę non deseras . sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias . ut isdem rectoribus gubernetur quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis.

Post communionem.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster 7 te supplices deprecamur : ut in cuius hęc commemoratione percepimus 7 eius muniamur et precibus . per.

Sancti hermetis martyris.

Collecta.

DEus qui beatum hermen martyrem tuum uirtute constantie in passione roborasti :' ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere 7 et nulla eius aduersa formidare . per.

[1] *que* inserted above the line.

Secreta.

Sacrificium tibi domine laudis offerimus . in tuorum commemoratione sanctorum . da quesumus ut quod illis contulit ad[1] gloriam nobis prosit ad salutem . per.

Post communionem.

Repleti domine benedictione cęlesti . quesumus clementiam tuam :' ut intercedente beato herme martyre tuo 7 quę humiliter gerimus salubriter sentiamus . per dominum.

In decollatione sancti iohannis baptiste.

Collecta.

SAncti iohannis baptistę . et martyris tui domine quesumus ueneranda festiuitas 7 salutaris / auxilii nobis [fo. 118*b* prestet effectum . per.

Secreta.

Hostia hec quesumus domine quam sancti iohannis baptistę et martyris tui natalicia recensentes offerimus . et uincula nostrę prauitatis absoluat . et tuę nobis misericordię dona conciliet . per.

Post communionem.

Repleti domine muneribus hostię salutaris 7 illius quesumus orationibus adiuuemur :' qui hanc pro nobis singulariter immolandam . et uerbo docuit et proprii sanguinis effusione signauit . per.

Eodem die sancte sabinę uirginis et martyris.

[*Collecta.*]

DEus qui inter cętera potentię tuę miracula . etiam in sexu fragili uictoriam martyrii contulisti 7 concede propicius :' ut cuius natalicia colimus 7 per eius ad te exempla gradiamur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine beatę sabinę martyris tuę dicatas meritis benignus assume . et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium . per.

[1] Inserted above the line.

Post communionem.

Diuini muneris largitate saciati . quesumus domine deus noster : ut intercedente beata sabina martyre tua 7 in eius semper participatione uiuamus . per.

SANCTI FELICIS ET ADAUCTI MARTYRUM.

[*Collecta.*]

MAiestatem tuam domine supplices deprecamur :' ut sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione letificas 7 ita semper supplicatione defendas . per.

Secreta.

Hostias domine tuę plebis intende . et quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrat . proficere sibi sentiat ad salutem . per.

Post communionem.

Repleti domine muneribus sacris 7 quesumus ut intercedentibus sanctis tuis in gratiarum semper actione maneamus . per.

IN NATIUITATE SANCTĘ MARIĘ.

Collecta.

FAmulis tuis domine cęlestis gratię munus impertire :' ut quibus beatę uirginis partus extitit / salutis [fo. 119 exordium 7 natiuitatis eius uotiua sollempnitas . pacis tribuat incrementum . per.

Credo in unum.

Secreta.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas . ut qui natus de uirgine matris integritatem non minuit . sed sacrauit . in natiuitatis eius sollempniis a nostris nos piaculis exuens . oblationem nostram sibi faciat acceptam. Qui tecum.

Prefacio.

Ⓓ ęternę deus. Et te in natiuitate Beatę Marię semper uirginis laudare . benedicere . et predicare. Quę et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit : et uirginitatis gloria permanente . huic mundo lumen ęternum effudit ihesum christum dominum nostrum. Per quem.

Post communionem.

Sumpsimus domine celebritatis annuę uotiua sacramenta 7 presta quesumus :/ ut et temporalis nobis uitę remedia prebeant et eternę . per.

SANCTI PROTI ET IACINCTI MARTYRUM.

[*Collecta.*]

BEati proti nos domine et iacincti foueat preciosa confessio 7 ·et pia iugiter intercessio tueatur . per.

Secreta.

Pro sanctorum proti et iacincti munera tibi domine commemoratione quę debemus exsoluimus[1] . presta quesumus :/ ut remedium nobis perpetuę salutis operentur . per.

Post communionem.

Ut percepta nos domine tua sancta purificent 7 beati proti et iacincti quesumus imploret oratio . per.

SANCTORUM CORNELII ET CIPRIANI MARTYRUM.

[*Collecta.*]

INfirmitatem nostram quesumus domine propicius respice 7 et mala omnia quę iuste meremur . sanctorum tuorum intercessione auerte . per.

Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris . quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus . ut qui nostre iusticię fiduciam non habemus / eorum qui tibi placuerunt [fo. 119*b* meritis adiuuemur . per.

Post communionem.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis :/ ut quorum sollempnia celebramus eorum orationibus adiuuemur . per.

EODEM DIE EXALTATIO SANCTĘ CRUCIS.

Collecta.

DEus qui unigeniti tui domini nostri ihesu christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es :/ concede propicius . ut qui ad[2] adorandam uiuificam crucem adueniunt 7 a peccatorum suorum nexibus liberentur . per eundem.

Credo in unum.

[1] The *s* is inserted above the line.
[2] Inserted above the line.

Secreta.

Deuotas domine humilitatis nostrę preces et hostias . misericordię tuę precedat auxilium . et salutem quam per adam in paradiso . ligni clauserat temerata presumptio . ligni rursum fides aperiat . per.

Prefacio.

Ⱶ ęternę deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti : ut unde mors oriebatur . inde uita resurgeret. Et qui per lignum uincebat . per lignum quoque uinceretur : per christum dominum nostrum . per quem.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus : ut quos diuina tribuis participatione gaudere 7 humanis non sinas subiacere periculis . per.

SANCTI NICHOMEDIS MARTYRIS.

Collecta.

ADesto domine populo tuo ut beati nichomedis martyris tui . merita preclara suscipiens 7 ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrociniis adiuuetur . per.

Secreta.

Suscipe domine munera propicius oblata . quę maiestati tue beati nichomedis martyris commendet oratio . per.

Post communionem.

Purificent nos domine sacramenta quę sumpsimus 7 et intercedente beato Nichomede martyre tuo . a cunctis efficiant uitiis absolutos . per.

/ SANCTĘ EUFEMIĘ MARTYRIS. [fo. 120

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis ut fortia queque confundas 7 concede propicius : ut qui beatę eufemię martyris tuę sollempnia colimus 7 eius apud te patrocinia sentiamus . per.

Secreta.

Presta quesumus domine deus noster : ut sicut in conspectu tuo mors est preciosa sanctorum . ita eorum merita uenerantium . accepta tibi reddatur oblatio . per.

Post communionem.

Sanctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti 7 et intercessio beate martyris tuę eufemię tibi reddat acceptos . per.

LUCIĘ ET GEMINIANI MARTYRUM.

Collecta.

PResta domine precibus nostris cum exultatione prouectum :· ut quorum diem passionis annua deuotione recolimus etiam fidei constantiam subsequamur . per.

Secreta.

Uota populi tui domine propiciatus intende . et quorum nos tribuis sollempnia celebrare . fac gaudere suffragiis . per.

Post communionem.

Exaudi domine preces nostras 7 et sanctorum tuorum quorum festa sollempniter celebramus 7 continuis foueamur auxiliis . per.

IN UIGILIA MATHEI APOSTOLI.

Collecta.

QUesumus omnipotens deus . ut beatus matheus apostolus tuum pro nobis imploret auxilium :· ut a nostris reatibus absoluti 7 a cunctis etiam periculis exuamur . per.

Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus quo beati mathei sollempnia recolentes . purificationem quoque nostris mentibus imploramus . per.

Post communionem.

Perceptis domine sacramentis . suppliciter exoramus :· ut intercedente beato matheo apostolo tuo . quę pro illius ueneranda gerimus passione 7 nobis proficiant ad medelam . per.

/ IN DIE. [fo. 120*b*

Collecta.

ECclesiam tuam domine benignus illustra :' ut beati mathei euangelistę illuminata doctrinis 7 ad dona perueniat sempiterna . per.

Credo in unum.[1]

Cętera que secuntur in natali Sancti iohannis ewangelistę.

SANCTORUM MARTYRUM COSME ET DAMIANI.

[*Collecta.*]

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui sanctorum tuorum cosmę et damiani natalicia colimus 7 a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur . per.

Secreta.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio'. quę et munera nostra conciliet . et tuam nobis indulgentiam semper obtineat . per.

Post communionem.

Protegat domine quesumus populum tuum . et participatio cęlestis indulta conuiuii 7 et deprecatio collata sanctorum . per.

DEDICATIO BASILICĘ SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI.

[*Collecta.*]

DEus qui miro ordine . angelorum ministeria hominumque dispensas 7 concede propicius : ut quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur 7 ab his in terra nostra uita muniatur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes :' ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio . placatus accipias . et ad salutem nostram prouenire concedas . per.

Post communionem.

Beati archangeli tui michaelis intercessione suffulti . supplices te domine deprecamur : ut quos honore prosequimur 7 contingamus et mente . per.

[1] In the margin, but in the same hand.

Marci pape.

Collecta.

EXaudi domine preces nostras :' et interueniente beato marco confessore tuo atque pontifice 7 supplicationes nostras placatus intende . per.

| Secreta. [fo. 121

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio :' pro tuorum honore sanctorum . quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium . per.

Post communionem.

Da quesumus domine fidelibus populis sanctorum tuorum semper ueneratione letari 7 et eorum perpetua supplicatione muniri . per.

Sancti calixti pape et martyris.

Collecta.

DEus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere 7 ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura . per.

Secreta.

Mystica nobis domine prosit oblatio . que nos et a [1] reatibus nostris expediat . et perpetua saluatione confirmet . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :' ut et reatum nostrum munera sacrata purificent 7 et recte uiuendi nobis operentur effectum . per.

Sancti lucę ewangelistę.

Collecta.

ECclesiam tuam domine benignus illustra :' ut beati luce euangelistę illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna . per.

Credo in unum deum.

Secreta.

Suscipe munera domine quę in eius tibi sollempnitate deferimus . cuius nos confidimus patrocinio liberari . per.

[1] Inserted above the line.

Post communionem.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster . te supplices deprecamur :' ut in[1] cuius hęc commemoratione percepimus 7 eius muniamur et precibus . per.

In uigilia apostolorum symonis et iudę.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus ut nullis nos permittas perturbationibus concuti 7 quos in apostolice confessionis petra solidasti . per.

Secreta.

Munus populi tui domine quesumus apostolica intercessione sanctifica . nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda . per.

/ *Post communionem.* [fo. 121*b*

Quos cęlesti domine alimento saciasti 7 apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi . per.

In die apostolorum.

[*Collecta.*]

DEus qui nos annua apostolorum tuorum simonis et iude sollempnitate letificas 7 presta quesumus : ut quorum gaudemus meritis 7 instruamur exemplis . per.

Credo in unum.

Secreta.

Munera domine quę pro apostolorum tuorum simonis et iudę sollempnitate deferimus . propicius suscipe . et mala omnia quę meremur auerte . per.

Prefacio.

V equum et salutare. Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor eternę non deseras . sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias . ut isdem rectoribus gubernetur . quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis.

[1] Inserted above the line.

Post communionem.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis :' ut quorum sollempnia celebramus 7 eorum orationibus adiuuemur . per.

UIGILIA OMNIUM SANCTORUM.

[*Collecta.*]

DOmine deus noster multiplica super nos misericordiam tuam :' et quorum preuenimus gloriosa sollempnia 7 tribue subsequi in sancta professione leticiam . per.

Secreta.

Altare tuum domine muneribus cumulamus oblatis . da quesumus ut ad salutem nostram . omnium sanctorum tuorum precatione proficiant . quorum sollempnia uentura precurrimus . per.

Post communionem.

Sacramentis domine et gaudiis optatę celebritatis[1] expletis 7 quesumus ut eorum precibus adiuuemur . quorum recordationibus exibentur . per.

/ IN DIE OMNIUM SANCTORUM. [fo. 122

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . qui nos omnium sanctorum merita sub una tribuisti celebritate uenerari 7 quesumus ut desideratam nobis tuę propiciationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris . per.

Credo in unum.

Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus . quę et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum . et nobis salutaria te miserante reddantur . per.

Post communionem.

Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum semper ueneratione letari 7 et eorum perpetua supplicatione muniri . per.

[1] This word is written over an erasure.

Eodem die :/ sanctorum benigni atque cesarii.

Collecta.

DEus qui nos beatorum martyrum tuorum benigni atque cesarii annua sollempnitate letificas concede propicius ut quorum natalicia colimus etiam actiones imitemur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine beatorum martyrum tuorum benigni atque cesarii dicatas meritis benignus assume . et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus ut qui celestia alimenta percepimus . intercedentibus beatis martyribus tuis benigno atque cesario per hec contra omnia aduersa muniamur . per.

[Ad] Quatuor coronatos.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut qui gloriosos martyres . claudium . nicostratum . simpronianum . castorium . atque simplicium . fortes in sua confessione cognouimus 7 pios apud te in nostra intercessione sentiamus . per.

/ *Secreta.* [fo. 122*b*

Benedictio tua domine larga descendat . quę et munera nostro deprecantibus sanctis tuis reddat accepta . et nobis sacramentum redemptionis efficiat . per.

Post communionem.

Cęlestibus refecti sacramentis et gaudiis . supplices te domine deprecamur :/ ut quorum gloriamur triumphis 7 protegamur auxiliis . per.

Sancti theodori martyris.

Collecta.

DEus qui nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circumdas et protegis : presta nobis eius imitatione proficere 7 et oratione fulciri . per.

Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum . et intercedente beato theodoro martyre tuo . per hęc pię deuotionis officia ad cęlestem gloriam transeamus . per.

Post communionem.

Presta nobis domine quesumus intercedente beato theodoro martyre tuo :/ ut quę ore contingimus 7 pura[1] mente capiamus . per.

SANCTI MENNĘ MARTYRIS.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut qui beati menne martyris tui . natalicia colimus 7 intercessione eius in tui nominis amore roboremur . per.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et celestibus nos munda misteriis . et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Da quesumus domine deus noster :/ ut sicut tuorum commemoratione sanctorum temporali gratulamur officio 7 ita perpetuo letemur aspectu . per.

EODEM DIE SANCTI MARTINI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Collecta.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus 7 concede propicius :/ ut intercessione beati martini confes/soris tui atque pontificis contra omnia aduersa [fo. 123 muniamur . per.

Secreta.

Da misericors deus ut hęc nos salutaris oblatio . et a propriis reatibus indesinenter expediat . et ab omnibus tueatur aduersis . per.

Post communionem.

Presta quesumus domine deus noster :/ ut quorum festiuitate uotiua sunt sacramenta 7 eorum salutaria nobis intercessione reddantur . per.

[1] Inserted above the line.

Sanctę cecilię martyris.

Collecta.

DEus qui nos annua beatę cecilię martyris tuę sollempnitate letificas :' da ut quam ueneramur officio 7 etiam pię conuersationis sequamur exemplo . per.

Secreta.

Hęc hostia domine placationis et laudis . quesumus ut interueniente beata cecilia martyre tua . nos tua propiciatione dignos semper efficiat . per.

Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :' eius quesumus semper interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

Clementis pape et martyris.

[*Collecta.*]

DEus qui nos annua beati clementis martyris tui atque pontificis sollempnitate letificas 7 concede propicius :' ut cuius natalicia colimus 7 uirtutem quoque passionis imitemur . per.

Secreta.

Munera domine oblata sanctifica . et intercedente beato clemente martyre tuo . per hęc nos a peccatorum nostrorum muculis emunda . per.

Post communionem.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domine deus noster : ut quod pia deuotione gerimus 7 certa redemptione capiamus . per.

/ Sancte felicitatis martyris. [fo. 123*b*

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus : ut beate felicitatis martyris tuę sollempnia recensentes 7 meritis ipsius protegamur et precibus . per.

Secreta.

Uota populi tui domine propiciatus intende . et quorum nos tribuis sollempnia celebrare . fac gaudere suffragiis . per.

Post communionem.

Supplices te rogamus omnipotens deus :/ ut interuenientibus sanctis tuis . et tua in nobis dona multiplices 7 et tempora nostra disponas . per.

CHRISOGONI MARTYRIS.

Collecta.

ADesto domine supplicationibus nostris :/ ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus 7 beati chrisogoni martyris tui intercessione liberemur . per.

Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus . et intercedente beato chrisogono martyre tuo a cunctis nos defende periculis . per.

Post communionem.

Tui domine perceptione sacramenti . et a nostris mundemur occultis 7 et ab hostium liberemur insidiis . per.

SATURNINI MARTYRIS.

[*Collecta.*]

DEus qui nos beati saturnini martyris tui concedis natalicio perfrui 7 eius nos tribue meritis adiuuari . per.

Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica . et interueniente beato saturnino martyre tuo . per eadem nos placatus intende . per.

Post communionem.

Sanctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti 7 et intercessione sanctorum tibi reddat acceptos . per.

IN UIGILIA SANCTI ANDREĘ APOSTOLI.

Collecta.

QUesumus omnipotens deus . ut beatus andreas apostolus . tuum pro nobis imploret auxi/lium ut a nostris [fo. 124 reatibus absoluti 7 a cunctis etiam periculis exuamur . per.

Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus . quo beati andreę sollempnia recolentes . purificationem quoque nostris mentibus imploramus . per.

Post communionem.

Perceptis domine sacramentis . suppliciter exoramus :' ut intercedente beato andrea apostolo tuo quę pro illius ueneranda gerimus passione nobis proficiant ad medelam . per.

IN DIE SANCTI[1] ANDREE.

Collecta.

MAiestatem tuam domine suppliciter exoramus :' ut sicut ecclesię tuę beatus andreas apostolus extitit predicator et rector 7 ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor . per. *Credo in unum.*

Secreta.

Sacrificium nostrum tibi domine quesumus beati andreę precatio sancta conciliet . ut cuius honore sollempniter exibetur . meritis efficiatur acceptum . per.

Prefacio.

VE equum et salutare. Te domine suppliciter exorare :' ut gregem tuum pastor eterne non deseras : sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias : ut isdem rectoribus gubernetur . quos operis tui uicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis.

Post communionem.

Sumpsimus domine diuina misteria beati andree festiuitate letantes :' que sicut tuis sanctis ad gloriam 7 ita nobis quesumus ad ueniam prodesse perficias . per.

Superior Missa per octo dies dicatur de Sancto andrea.

SANCTĘ LUCIĘ UIRGINIS ET MARTYRIS.

Collecta.

EXaudi nos deus salutaris noster : ut sicut de beatę lucię festiuitate gaudemus 7 ita pię deuotionis erudiamur effectu . per.

[1] Originally written *sanctę* and corrected.

| Secreta. [fo. 124*b*

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio . pro tuorum honore sanctorum quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium . per.

Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :' eius quesumus semper interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

IN NATALE SANCTI THOME APOSTOLI.

Collecta.

QUesumus omnipotens deus . ut beatus thomas apostolus . tuum pro nobis imploret auxilium :' ut a nostris reatibus absoluti 7 a cunctis etiam periculis exuamur . per.

Credo in unum.

Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus . quo beati thomę sollempnia recolentes . purificationem quoque nostris mentibus imploramus . per.

Prefacio.

ⱯⱰ ęquum et salutare. Te domine suppliciter.

Post communionem.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus :' ut intercedente beato thoma apostolo tuo . quę pro illius ueneranda gerimus passione 7 nobis proficiant ad medelam . per.

IN NATALI UNIUS MARTYRIS PONTIFICIS.[1]

Collecta.

DA quesumus omnipotens deus :' ut qui beati . ill̄ . martyris tui atque pontificis sollempnia colimus 7 eius apud te intercessionibus adiuuemur . per.

Secreta.

Hęc hostia quesumus domine emundet nostra delicta . et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet . per.

[1] *Cf.* p. 53 4*n*.

Post communionem.

Refecti participatione muneris sacri . quesumus domine deus noster : ut cuius exequimur cultum 7 sentiamus effectum . per.

ITEM UNDE SUPRA.

Collecta.

DEus qui nos beati . ilł . martyris tui[1] atque pontificis annua /sollempnitate letificas 7 concede propicius :/ ut [fo. 125 cuius natalicia colimus 7 de eiusdem etiam protectione gaudeamus . per.

Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica . et intercedente beato ilł . martyre tuo atque pontifice . per eadem nos placatus intende . per.

Post communionem.

Hęc nos communio domine purget a crimine 7 et intercedente beato . ilł . martyre tuo atque pontifice cęlestis remedii faciat esse consortes . per.

ITEM UNDE SUPRA.

Collecta.

INfirmitatem nostram respice omnipotens deus :/ et quia pondus propriç actionis grauat 7 beati . ilł . martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat . per.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio . et eius nobis fiat supplicatione salutaris . pro cuius sollempnitate defertur . per.

Post communionem.

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde :/ ut quos uno pane celesti saciasti 7 intercedente beato . ilł . martyre tuo . tua facies pietate concordes . per . in unitate eiusdem

UNIUS MARTYRIS NON PONTIFICIS.[2]

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus : ut qui beati . ilł . martyris tui natalicia colimus 7 intercessione eius in tui nominis amore roboremur . per.

[1] Inserted above the line.
[2] See pp. 54*n*. 55.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et cęlestibus nos munda misteriis et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Da quesumus domine deus noster :' ut sicut tuorum commemoratione sanctorum temporali gratulamur officio 7 ita perpetuo letemur aspectu . per.

ITEM UNDE SUPRA.

Collecta.

ADesto domine supplicationibus nostris :' ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus 7 beati . ill . martyris /tui intercessione liberemur . per. [fo. 125*b*

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et celestibus nos munda misteriis 7 et clementer exaudi . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :' ut qui cęlestia alimenta percepimus 7 intercedente beato . ill . martyre tuo . per hęc contra omnia aduersa muniamur . per.

ITEM UNDE SUPRA.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :' ut qui beati . ill . martyris tui natalicia colimus 7 a cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur . per.

Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus . et intercedente beato . ill . martyre tuo . a cunctis nos defende periculis . per.

Post communionem.

Sit nobis domine reparatio mentis et corporis cęleste misterium :' ut cuius exequimur actionem 7 sentiamus effectum . per.

Item unde supra.

Collecta.

BEati . ill . domine foueant continuata presidia :/ quia non desinis propicius intueri 7 quos talibus auxiliis concesseris adiuuari . per.

Secreta.

Adesto precibus domine populi tui adesto muneribus . ut quę sacris sunt oblata misteriis . tuorum placeant intercessione sanctorum . per.

Post communionem.

Sumpsimus domine pignus redemptionis eternę 7 sit nobis domine quesumus interueniente beato . ill . martyre tuo uitę presentis auxilium pariter et futurę . per.

Item unde supra.

Collecta.

LEtetur ęcclesia tua deus . beati . ill . martyris tui confisa suffragiis : atque eius precibus gloriosis . et deuota permaneat 7 et secura consistat . per.

Secreta.

Suscipe domine munera quę in eius tibi sollempnitate / deferimus . cuius nos confidimus patrocinio liberari . [fo. 126 per.

Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :/ eius quesumus semper interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

In natali plurimorum martyrum.[1]

Collecta.

DEus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum . ill . natalicia colere 7 da nobis in ęterna beatitudine de eorum societate gaudere . per.

[1] See p. 56*n*.

Secreta.

Munera tibi nostrę deuotionis offerimus . quę et pro tuorum grata sint honore iustorum . et nobis salutaria te miserante reddantur . per.

Post communionem.

Presta nobis domine quesumus intercedentibus sanctis tuis . ill : ut quę ore contingimus pura mente capiamus . per.

ITEM ALIA UNDE SUPRA.[1]

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus :/ ut qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus 7 pios apud te in nostra intercessione sentiamus . per.

Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus . et intercedentibus sanctis tuis . deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :/ ut illius salutaris capiamus effectum 7 cuius per hęc misteria pignus accepimus . per.

ITEM ALIA UNDE SUPRA.

Collecta.

DA quesumus omnipotens deus :/ ut qui beatorum martyrum . ill . sollempnia colimus 7 eorum apud te intercessionibus adiuuemur . per.

Secreta.

Hostias tibi domine beatorum martyrum . ill . dicatas meritis benignus assume . et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :/ ut qui celestia alimenta percepimus 7/ intercedentibus sanctis tuis . ill . per hec [fo. 126*b* contra omnia aduersa muniamur . per.

[1] See p. 56*n*.

Item alia unde supra.

Collecta.

PResta quesumus omnipotens deus : ut qui sanctorum tuorum . ill . sollempnia colimus 7 eorum etiam uirtutes imitemur . per.

Secreta.

Hostia hęc quesumus domine quam sanctorum tuorum natalicia recensentes offerimus 7 et uincula nostrę prauitatis. absoluat . et tuę nobis misericordię dona conciliet . per.

Post communionem.

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur : ut quod debitę seruitutis celebramus officio 7 saluationis tuę sentiamus augmentum . per.

Item unde supra.[1]

Collecta.

DEus qui nos annua sanctorum tuorum . ill . sollempnitate letificas 7 concede propicius : ut quorum gaudere meritis 7 accendamur exemplis . per.

Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus . et intercedentibus sanctis tuis a cunctis nos defende periculis . per.

Post communionem.

Hęc nos communio domine purget a crimine 7 et intercedentibus sanctis tuis celestis remedii faciat esse consortes . per.

In natali unius confessoris pontificis.[2]

Collecta.

DA quesumus omnipotens deus : ut beati . ill . confessoris tui atque pontificis ueneranda sollempnitas 7 et deuotionem nobis augeat et salutem . per.

Secreta.

Sancti tui nos quesumus domine ubique letificent 7 ut dum eorum merita recolimus 7 patrocinia sentiamus . per.

[1] See p. 56*n*.
[2] See p. 57*n*.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens deus :' ut de perceptis muneribus gratias exhibentes 7 beneficia potiora sumamus.

/ ITEM ALIA UNDE SUPRA.[1] [fo. 127

Collecta.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus 7 concede propicius :' ut intercessione beati[2] . ılł . confessoris tui atque pontificis contra omnia aduersa muniamur . per.

Secreta.

Da misericors deus :' ut hęc nos salutaris oblatio . et a propriis reatibus indesinenter expediat . et ab omnibus tueatur aduersis . per.

Post communionem.

Presta quesumus domine deus noster :' ut quorum festiuitate uotiua sunt sacramenta 7 eorum salutaria nobis intercessione reddantur . per.

ALIA UNDE SUPRA.

Collecta.

DEus qui anime famuli tui . ılł . ęternę beatitudinis premia contulisti 7 concede propicius :' ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur 7 eius apud te precibus subleuemur . per.

Secreta.

Annue nobis domine ut intercessione[3] famuli tui . ılł . hęc nobis[4] prosit oblatio . quam immolando tocius mundi tribuisti relaxari delicta . per.

Post communionem.

Deus qui beatum . ılł . pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti 7 concede propicius :' ut qui commemorationis eius festa percolimus 7 uitę quoque imitemur exempla . per.

[1] See p. 57*n*.
[2] Inserted above the line.
[3] This word is written over a shorter word erased so that the last three letters are above the line.
[4] Inserted in the last hand.

Unius confessoris non pontificis.[1]

Collecta.

DEus qui nos beati . ill . confessoris tui annua sollempnitate letificas 7 concede propicius :' ut cuius natalicia colimus 7 per eius ad te exempla gradiamur . per.

Secreta.

Laudis tuę domine hostias immolamus . in tuorum commemoratione sanctorum . quibus nos et presentibus exui malis confidimus et futuris . per.

Post communionem.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster . te supplices exoramus :' ut / in cuius hęc commemoratione per- [fo. 127*b*
cepimus 7 eius muniamur et precibus . per.

Unius confessoris abbatis.

Collecta.

INtercessio nos quesumus domine beati . ill . commendet abbatis[2] :' ut quod nostris meritis non ualemus 7 eius patrocinio assequamur . per.

Secreta.

Sacris altaribus domine hostias suppositas . sanctus . ill . quesumus in salutem nobis prouenire deposcat . per.

Post communionem.

Protegat nos domine cum tui perceptione sacramenti beatus . ill . abba pro nobis intercedendo 7 ut conuersationis eius experiamur insignia . per.

In natali plurimorum confessorum.[3]

Collecta.

COncede quesumus omnipotens deus :' ut ad meliorem uitam sanctorum tuorum exempla nos prouocent :' quatinus quorum sollempnia agimus 7 etiam actus imitemur . per.

[1] See p. 57 *n*.
[2] The order is changed by *a b* written above the words, to *abbatis ill*.
[3] See p. 59.

Secreta.

Suscipe domine preces et munera quę ut tuo sint digna conspectui . sanctorum precibus adiuuemur . per.

Post communionem.

Corporis sacri . et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domine deus noster :' ut quod pia deuotione gerimus 7 certa redemptione capiamus . per.

ALIA UNDE SUPRA.

Collecta.

INfirmitatem nostram quesumus domine propicius respice :' et mala omnia quę iuste meremur 7 sanctorum tuorum intercessione auerte . per.

Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus . ut qui nostrę iusticię fiduciam non habemus 7 eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur . per.

Post communionem.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis :' ut quorum sollempnia celebramus 7 eorum orationibus adiuuemur . per.

/ UNIUS UIRGINIS NON MARTYRIS.[1] [fo. 128

Collecta.

EXaudi nos deus salutaris noster :' ut sicut de beate . ill . festiuitate gaudemus 7 ita pię deuotionis erudiamur effectu . per.

Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum . quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium . per.

Post communionem.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris :' eius quesumus semper interuentione nos refoue 7 cuius sollempnia celebramus . per.

[1] See p. 60.

UNIUS UIRGINIS ET MARTYRIS.[1]

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . qui infirma mundi[2] eligis . ut fortia queque confundas 7 concede propicius :· ut qui beatę . ill . martyris tuę solempnia colimus 7 eius apud te patrocinia sentiamus . per.

Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus . propicius suscipe . et intercedente beata . ill . martyre tua uincula peccatorum nostrorum absolue . per.

Post communionem.

Refecti cibo potuque cęlesti deus noster . te supplices exoramus : ut in cuius hęc commemoratione percepimus 7 eius muniamur et precibus . per.

ITEM UNDE SUPRA.

Collecta.

INdulgentiam nobis domine beata . ill . martyr imploret :· quę tibi grata semper extitit et merito castitatis 7 et tuę professione uirtutis . per.

Secreta.

Suscipe munera domine quę in beate . ill . martyris tuę sollempnitate deferimus . cuius nos confidimus patrocinio liberari . per.

Post communionem.

Auxilientur nobis domine sumpta misteria 7 et intercedente beata . ill . martyre tua sempiterna protectione confirment . per.

/ MISSA IN DEDICATIONE ECCLESIĘ POST BENEDICTIONEM ALTARIS. [fo. 128*b*

Collecta.

DEus qui inuisibiliter omnia contines . et tamen pro salute generis humani . signa tuę potentię uisibiliter ostendis 7 templum hoc potentia tuę inhabitationis illustra ut omnes

[1] See p. 61*n*.
[2] Inserted above the line.

qui huc deprecaturi conueniunt 7 ex quacumque tribulatione ad te clamauerint . consolationis tuę beneficia consequantur . per.

Credo in unum.[1]

Secreta.

Omnipotens sempiterne deus . altare nomini tuo dedicatum . cęlestis uirtutis benedictione sanctifica . et omnibus in te sperantibus auxilii tui munus ostende . ut hic sacramentorum uirtus . et uotorum obtineatur effectus . per.

Post communionem.

Quesumus omnipotens deus :' ut hoc in loco quem nomini tuo indigni dedicauimus 7 cunctis petentibus aures tuę pietatis accomodes . per.

MISSA IN ANNIUERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIĘ.

Collecta.

DEus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem . et sacris semper misteriis representas incolumes 7 exaudi preces populi tui :' et presta ut quisquis hoc templum beneficia[2] petiturus ingreditur 7 cuncta se impetrasse letetur . per.

Secreta.

Annue quesumus domine precibus nostris :' ut quicumque intra templi huius cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus ambitum continemur . plena tibi atque perfecta corporis et anime deuotione placeamus . ut dum hęc presentia uota reddimus . ad ęterna premia te adiuuante uenire mereamur . per.

Post communionem.

Deus qui ęcclesiam tuam sponsam uocare dignatus es . ut quę haberet gratiam per fidei deuotionem . haberet etiam ex nomine pietatem :' da ut omnis hęc plebs nomini tuo seruiens . huius uo/cabuli consortio digna esse [fo. 129 mereatur 7 et ęcclesia tua in templo cuius anniuersarius dedicationis dies celebratur tibi collecta te timeat . te diligat . te sequatur :' ut dum iugiter per uestigia tua gradiatur 7 ad cęlestia promissa te ducente peruenire mereatur. Qui uiuis.

[1] In the margin, but in the same hand.
[2] Inserted above the line in a different hand.

Missa de sancta trinitate.[1]

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione uerę fidei eternę trinitatis gloriam agnoscere 7 et in potentia maiestatis adorare unitatem : quesumus ut eiusdem fidei firmitate . ab omnibus semper muniamur aduersis . per.

Credo in unum.

Secreta.

Sanctifica quesumus domine deus . per tui sancti nominis inuocationem . huius oblationis hostiam . et per eam nosmet ipsos tibi perfice munus eternum . per.

Prefacio.

Ⱶ ętern ę deus. Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus . unus es dominus : non in unius singularitate personę . sed in unius trinitate substantię. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus . hoc de filio tuo . hoc de spiritu sancto . sine differentia discretionis sentimus . ut in confessione uerę sempiternęque deitatis . et in personis proprietas . et in essentia unitas . et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant angeli atque archangeli . cherubin quoque et seraphin . qui non cessant cotidie clamare dicentes sanctus . sanctus . sanctus.

Post communionem.

Proficiat nobis ad salutem corporis et animę domine deus huius sacramenti susceptio 7 et sempiterne sanctę trinitatis confessio . per.

De sancta cruce.[2]

Collecta.

DEus qui unigeniti filii tui precioso sanguine uiuificę cruc[is] /uexillum sanctificari uoluisti : concede quesumus eos qui eiusdem sanctę crucis gaudent honore 7 tua quoque ubique protectione gaudere . per eundem. [fo. 129*b*

[1] *Cf.* p. 233.
[2] *Cf.* p. 235.

Secreta.

Hęc oblatio domine ab omnibus nos purget offensis . quę in ara crucis etiam totius mundi tulit offensam . per.

Post communionem.

Adesto nobis domine deus noster :/ et quos sanctę crucis letari fecisti honore 7 eius quoque perpetuis defende subsidiis . per.

De sancta maria in aduentu domini.[1]

Collecta.

DEus qui de beatę Marię uirginis utero uerbum tuum angelo nunciante carnem suscipere uoluisti 7 presta supplicibus tuis :/ ut qui uere eam genitricem dei credimus 7 eius apud te intercessionibus adiuuemur . per eundem.

Secreta.

In mentibus nostris domine uerę fidei sacramenta confirma . ut qui conceptum de Uirgine deum uerum et hominem confitemur . per eius salutiferę resurrectionis potentiam . ad eternam mereamur peruenire leticiam . per eundem.

Post communionem.

Gratiam tuam domine mentibus nostris infunde :/ ut qui angelo nunciante . christi filii tui incarnationem cognouimus 7 per passionem eius et crucem . ad resurrectionis gloriam perducamur . per eundem.[2]

Alia per annum de sancta maria.[3]

Collecta.

COncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere :/ et gloriosa beate Marię semper uirginis intercessione a presenti liberari tristicia 7 et futura perfrui leticia . per.

Secreta.

Tua domine propiciatione . et beatę Marię semper uirginis intercessione . ad perpetuam atque presentem hęc oblatio nobis profi[ciat] salutem . per.

[1] *Cf.* p. 236.
[2] *eundem* is added in a different hand.
[3] See below, p. 236.

Post communionem.

[1] |*Post communium.* [fo. 130

Sumptis domine salutis nostre subsidiis :' da quesumus beate Marie semper uirginis nos patrociniis ubique protegi 7 in cuius ueneratione hec tua obtulimus maiestati . per.

Sancte marie.[2]

Collecta.

DEus qui salutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti 7 tribue quesumus : ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus 7 per quam meruimus auctorem uite suscipere dominum nostrum ihesum christum.

Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis . et celestibus nos munda misteriis . et intercedente beata dei genitrice semperque uirgine maria . clementer exaudi . per.

[*Post communium.*]

Hec nos communio domine purget a crimine 7 et intercedente beata dei genitrice semper uirgine maria . celestis remedii faciat esse consortes . per.

Pro rege.[3]

Collecta.

DEus in cuius manu corda sunt regum qui es humilium consolator et fidelium fortitudo et protector omnium in te sperantium :' da regi nostro et regine populoque christiano triumphum uirtutis tue scienter excolere ut per te semper reparentur ad ueniam . per.

[1] This leaf is inserted. It is in a rather later hand, very similar to that of the Prefixed Supplement, with which, it is to be noticed, it has the form *Postcommunium* is common. The Postcommunion of this mass is originally on fo. 131, but written again at the top of the inserted folio. The heading *Postcommunium* on one leaf is written once in full and three times in a contracted form.

[2] J gives these three prayers for a mass De Sancta Maria per natiuitatem :
Offic. Salue sancta, etc.
Epist. ad Gal. (iv. 1). Fratres. Quanto tempore heres paruulus.
Euan. sec. Lucam (? ii. 33). In illo tempore. Erat ioseph et maria mater. No Communion is given.

[3] This occurs also on p. 73. It is in J.

Secreta.

Suscipe domine preces et hostias ecclesie tue pro salute famuli tui regis nostri et regine et protectione fidelium populorum supplicantis[1] . ut antiqua brachii tui te operante miracula . superatis inimicis secura tibi seruiat christianorum libertas . per.

Postcommunium.

/ Presta quesumus omnipotens deus :/ ut per hec [fo. 130*b* misteria que sumpsimus rex noster et regina populusque christianus semper racionabilia meditantes 7 que tibi sunt placita et dictis exequantur et factis . per.

De sancto augustino.

Collecta.

DEus qui beatum augustinum in exponendis scripture sacre misteriis doctorem optimum et electum antistitem ecclesie tue prouidisti da nobis eius semper et doctrinis instrui et oratione defendi . per.

Secreta.

Sancti confessoris tui augustini nobis domine quesumus pia non desit oratio que et munera nostra tibi conciliet et nobis tuam indulgentiam semper imploret . per.

Postcommunium.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem beatus augustinus. confessor tuus quesumus placator accedat . per.

Helene regine.

Collecta.

PResta nobis eterne saluator ut qui beate helene regine religionem et studium in sancte crucis manifestatione ueneramur apud tuam misericordiam meritis eius et precibus adiuuemur. Qui uiuis.

Secreta.

Munera populi tui domine placabilis dextera tua suscipiat et sancte helene suffragantibus meritis deuotioni nostre proficiant et saluti . per.

[1] *Leg.*, supplicantium.

Postcommunium.

Refecti corporis sacri preciosique sanguinis libamine quesumus omnipotens pater ut intercessionibus beate helene cuius uotiuo gratulamur officio a cunctis malorum nostrorum sordibus exuamur . per.

/ Sumptis[1] domine salutis nostrę subsidiis :' da [fo. 131 quesumus beatę Marie semper uirginis nos patrociniis ubique protegi 7 in cuius ueneratione hęc tue obtulimus maiestati . per.

Missa ad suffragia poscenda.[2]

Collecta.

COncede quesumus omnipotens deus 7 ut intercessio nos sancte dei genitricis semper uirginis Marię . sanctorumque omnium apostolorum . martyrum . confessorum . atque uirginum . et omnium electorum tuorum ubique letificet : ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus . per eundem.

Secreta.

Oblatis domine placare muneribus . et intercedente beata dei genitrice Maria cum omnibus sanctis tuis . a cunctis nos defende periculis . per.

Post communionem.

Sumpsimus domine beatę Marię semper uirginis . et omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes sacramenta celestia 7 presta quesumus :' ut quod temporaliter gerimus 7 ęternis gaudiis consequamur . per.

Missa pro pontifice.

[*Collecta.*]

DEus omnium fidelium pastor et rector 7 famulum tuum . ill . quem ecclesię tue preesse uoluisti propicius respice :' da ei quesumus uerbo et exemplo quibus preest proficere 7 ut ad uitam una cum grege sibi credito perueniat sempiternam . per.

[1] Here the original hand resumes. This is the Postcommunion of the Alia per annum de Sancta Maria, p. 216.
[2] In J.

Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus . et famulorum tuorum quem pastorem populo tuo esse uoluisti . assidua protectione guberna . per.

Post communionem.

Hęc nos quesumus domine diuini sacramenti perceptio protegat 7 et famulum tuum quem pastorem ecclesię tue preesse uoluisti . una cum commisso grege saluet semper et muniat . per.

PRO EPISCOPIS ET ABBATIBUS.[1]

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . qui facis mirabilia magna solus 7 pretende super famulos / tuos . ill . et [fo. 131*b* super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratię salutaris :/ et ut in ueritate tibi complaceant[2] 7 perpetuum eis rorem tuę benedictionis infunde . per dominum ihesum . in unitate eiusdem.

Secreta.

Hostias domine famulorum tuorum placatus intende . et quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus . proficere sibi sentiant ad medelam . per.

Post communionem.

Quos cęlesti recreas munere . perpetuo domine comitare presidio :/ et quos fouere non desinis 7 dignos fieri sempiterna redemptione concede . per.

MISSA PRO PACE.[3]

Collecta.

DEus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera 7 da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem :/ ut et corda nostra mandatis tuis dedita . et hostium sublata formidine 7 tempora sint tua protectione tranquilla . per.

[1] In J.
[2] The first three letters of this word are inserted above the line.
[3] *Cf.* p. 65. It is in J.

Secreta.

Deus qui credentes in te populos . nullis sinis terroribus concuti . dignare preces et hostias dicatę tibi plebis suscipere . ut pax tua pietate concessa . christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos . per.

Post communionem.

Deus autor pacis et amator . quem nosse uiuere . cui seruire regnare est . protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos : ut qui in defensione tua confidimus 7 nullius hostilitatis arma timeamus . per.

PRO ADUERSITATE ECCLESIĘ.[1]

Collecta.

ECclesię tuę domine preces placatus admitte : ut destructis aduersitatibus et erroribus[2] uniuersis 7 secura tibi seruiat libertate . per.

Secreta.

Protege nos domine quesumus tuis misteriis seruientes . ut diuinis rebus et corpore famulentur et mente . per.

Post communionem.

/Quesumus domine deus noster : ut quos diuina [fo. 132 tribuis participatione gaudere 7 humanis non sinas subiacere periculis . per.

PRO QUACUMQUE TRIBULATIONE.[3]

Collecta.

INeffabilem misericordiam tuam domine nobis clementer ostende : ut simul nos et a peccatis exuas 7 et a penis quas pro his meremur eripias . per.

Secreta.

Purificet domine quesumus : muneris presentis oblatio . et dignos sacra participatione perficiat . per.

[1] *Cf.* Missa pro tribulatione ecclesię, p. 64.
[2] *Et erroribus* is inserted above the line.
[3] *Cf.* Missa pro quacunque necessitate, p. 65.

Post communionem.

Presta domine quesumus :' ut terrenis affectibus expiati 7 ad superni plenitudinem sacramenti cuius libauimus[1] sancta tendamus . per.

Missa pro peccatis.[2]

Collecta.

EXaudi domine supplicum preces . et confitentium tibi parce peccatis 7 ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem . per.

Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus . et ut delicta nostra miseratus absoluas . et nutantia corda tu dirigas . per.

Post communionem.

Presta nobis eternę saluator :' ut percipientes hoc munere ueniam peccatorum . deinceps peccata uitemus . per.

Missa ad pluuiam postulandam.

Collecta.

DEus in quo uiuimus mouemur . et sumus 7 pluuiam nobis tribue congruentem :' ut presentibus subsidiis sufficienter adiuti 7 sempiterna fiducialius appetamur . per dominum.[3]

Secreta.

Oblatis domine placare muneribus . et oportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium . per.

Post communionem.

Tuere nos domine quesumus tua sancta sumentes et ab omnibus propicius absolue peccatis . per.

[1] Inserted above the line in another hand.
[2] *Cf.* p. 63.
[3] Inserted above the line.

Missa pro serenitate.[1]

Collecta.

AD te nos domine clamantes exaudi 7 et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus :' ut qui pro [fo. 132*b* peccatis nostris iuste affligimur 7 misericorda tua preueniente . clementiam sentiamus . per.

Secreta.

Preueniat nos[2] quesumus domine gratia tua semper et subsequatur . et has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus . benignus assume . ut per intercessionem sanctorum tuorum cunctis nobis proficiant ad salutem . per.

Post communionem.

Plebs tua domine capiat sacrę benedictionis augmentum :' et copiosis beneficiorum tuorum sulleuetur auxiliis 7 quę tantorum intercessorum deprecationibus adiuuatur . per.

Missa ad repellandas tempestates.

Collecta.

A Domo tua quesumus domine spiritales nequitię repellantur 7 et aeriarum discedat malignitas tempestatum . per.

[1] J gives besides these prayers:

Offic. Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata hominum propter penitenciam et parcens illis quia tu es deus noster.

Ps. Miserere mei deus miserere mei.

Ep. Ier. Proph. (xiv. 7). Si iniquitates nostre contenderint contra nos.

Grad. Propicius esto domine peccatis nostris neque dicant gentes ubi deus eorum.

℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui domine libera nos.

Alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine domine exaudi uocem meam.

Euang. sec. Math. (Mc. xi. 22). In i. t. d. I. discipulis suis. Habete fidem dei.

Offert. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus oracionem pauperum.

Co. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis utinam dirigantur uie mee ad custodiendas iustificaciones tuas.

[2] A short word has been erased before *nos*.

Secreta.

Offerimus domine laudes et munera pro concessis beneficiis gratias referentes . et pro concedendis semper suppliciter deprecantes . per.

Post communionem.

Omnipotens sempiterne deus . qui nos et castigando sanas . et ignoscendo conseruas 7 presta supplicibus tuis :/ ut et tranquillitatibus huius optatę consolationis letemur 7 et dono tuę pietatis semper utamur . per.

Pro fratribus in uia directis.[1]

Collecta.[2]

ADesto domine supplicationibus nostris et uiam famulorum tuorum . ill . in salutis tuę prosperitate dispone 7 ut inter omnes uię et uitę huius uarietates tuo semper protegantur auxilio . per.

Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris . et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis . ill . benignus assume . ut uiam illorum et precedente gratia tua dirigas . et subse/quente comitari digneris ut de actu atque[3] [fo. 133 incolumitate eorum . secundum misericordię tuę[4] presidia gaudeamus . per.

Post communionem.

Sumpta domine celestis sacramenti misteria . quesumus ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant 7 et eos ad salutaria cuncta perducant . per.

[1] This occurs in J (Pro iter agentibus). J gives besides the collects:
Offic. Esto mihi in deum protectorem. *Ps.* In te domine speraui.
Ep. (Jer. xiv. 7). Si iniquitates.
Grad. Angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uiis tuis.
℣. In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuam.
Alleluia. ℣. Letatus sum in hiis que dicta sunt michi in domum domini ibimus.
Euan. (Marc. xi. 22.) Habete fidem.
Communio. Amen dico uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis.

[2] Singular forms are written above the plural throughout this mass.

[3] There has been an erasure before this word.

[4] Inserted above the line.

Missa uotiua.

Collecta.[1]

DEus qui iustificas impium et non uis mortem peccatorum maiestatem tuam suppliciter deprecamur :' ut famulos tuos de tua misericordia confidentes . cęlesti protegas benignus auxilio 7 et assidua protectione conserues :' ut tibi iugiter famulentur 7 et nullis temptationibus a te separentur'. per.

Secreta.

Huius domine uirtute misterii et a propriis nos munda delictis . et famulos tuos ab omnibus absolue peccatis . per.

Post communionem.

Purificent nos domine quesumus sacramenta quę sumpsimus 7 et famulos tuos . iłł . ab omni culpa liberos esse concede : ut quia conscientię reatu constringuntur 7 cęlestis remedii plenitudine glorientur . per.

Item unde supra.

Collecta.[2]

FAmulum tuum quesumus domine tua semper protectione custodi :' ut libera tibi mente deseruiat 7 et te protegente ab omnibus malis sit securus . per.

Secreta.

Grata sit tibi hęc oblatio famulorum tuorum quam tibi offerimus . in honore beati innocentii martyris tui . quesumus ut eisdem proficiant ad salutem . per.

Post communionem.

Huius domine quesumus uirtute misterii et a propriis mundemur occultis 7 et famulos tuos ab omnibus absolue peccatis . per

[1] Singular forms are written above the plural throughout this mass.
[2] Plural forms above the singular throughout.

/ Item unde supra.[1] [fo. 133*b*

Collecta.[2]

OMnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo 7 et dirige eum secundum tuam clementiam in uiam salutis eternę :' ut te donante tibi placita cupiat 7 et tota uirtute perficiat . per.

Secreta.

Proficiat quesumus domine hęc oblatio quam tue supplices offerimus maiestati . ad salutem famuli tui . ut tua prouidentia eius uita inter aduersa et prospera ubique dirigatur . per.

Post communionem.

Sumentes domine perpetuę sacramenta salutis tuam deprecamur clementiam 7 ut per ea famulum tuum ab omni aduersitate protegas . per.

Pro salute uiuorum.

Collecta.

PRetende domine famulis et famulabus tuis dexteram cęlestis auxilii :' ut te toto corde perquirant 7 et quę digne postulant assequantur . per.

[1] In the margins of this page is written in a late fourteenth-century hand a Missa mortuorum communis (*cf.* p. 82), but without a title:

Concede quesumus omnipotens deus noster ut anime quorum quarumque com[memorationem] speciali deuotione agimus . pro quibus exorare iussi et debitores sumus . atque omnium [consanguine]orum ac familiarium cunctorum fideliumque in sinibus sanctorum tuorum requiescant moxque [ex] mortuis resuscitati tibi placeant in regione uiuorum . per.

Secreta.

[H]ec munera quesumus domine que oculis tue maiestati offerimus pro animabus famulorum famularumque tuarum quorum quarumque commemoracionem speciali deuocione agimus et pro quibus exorare iussi et debitores sumus . et omnium consanguineorum cunctorumque fidelium salutaria esse concede ut tua pietate uinculis orrende mortis exute eterne beatitudinis mereantur esse participes . per.

Post communionem.

Deus qui inestimabili misericordia animas mortalium ab angustiis transfers ad requiem propiciare supplicacionibus nostris pro animabus famulorum famularumque tuarum quorum quarumque memoriam specialitatis affectu agimus et pro quibus iussi et debitores sumus atque omnium consanguineorum ac familiarium cunctorumque fidelium ut eos pa[radiso restituens in tuorum censeas iustorum sorte . per].

[2] Plural forms above the singular throughout.

Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris et has oblationes famulorum famularumque tuarum quas tibi pro incolumitate eorum offerimus benignus assume :' et ut nullius sit irritum uotum . nullius uacua postulatio . presta quesumus . ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur . per.

Post communionem.

Da famulis et famulabus tuis quesumus domine in tua fide et sinceritate constantiam :' ut in caritate diuina firmati 7 nullis temptationibus ab eius integritate uellantur . per.

PRO FAMILIARIBUS.[1]

Collecta.

DEus qui caritatis dona per gratiam sancti spiritus . tuorum cordibus fidelium infudisti 7 da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clementiam . salutem mentis et corporis :' ut te tota uirtute diligant 7 et quę tibi placita sunt tota dilectione perficiant . per dominum . in unitate.[2]

Secreta.

Miserere quesumus domine deus famulis et famulabus tuis . pro quibus hoc / sacrificium laudis tuę offerimus [fo. 134 maiestati . ut per hęc sancta supernę benedictionis gratiam obtineant . et gloriam eternę beatitudinis adquirant . per.

Post communionem.

Diuina libantes misteria quesumus domine . ut hęc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacem 7 pro quorum quarumque dilectione hęc tue obtulimus maiestati . per.

PRO INFIRMIS.[3]

Collecta.

OMnipotens sempiterne deus . salus ęterna credentium 7 exaudi nos pro famulis tuis pro quibus misericordię tuę imploramus auxilium : ut reddita sibi sanitate 7 gratiarum in ecclesia tua referant actionem . per.

[1] *Cf.* p. 62.
[2] The last three words are inserted above the line.
[3] *Cf.* p. 66. Singular forms are written above the plural throughout.

Secreta.

Deus cuius nutibus uitę nostrę momenta decurrunt 7 suscipe preces et hostias famulorum tuorum pro quibus egrotantibus misericordiam tuam imploramus . ut de quorum periculo metuimus . de eorum salute letemur . per.

Post communionem.

Deus infirmitatis humanę singulare presidium 7 auxilii tui super infirmos nostros ostende uirtutem :/ ut ope misericordię tuę adiuti· 7 ecclesié tue sancte incolumes representari mereantur . per.

PRO EPISCOPO DEFUNCTO.

[*Collecta.*]

DEus qui inter apostolicos sacerdotes . famulum tuum pontificali fecisti dignitate censeri[1] presta quesumus :/ ut quorum uicem ad horam gerebat in terris 7 eorum perpetuo consortio letetur in celis . per.

[*Secreta.*]

Suscipe quesumus domine pro anima famuli tui sacerdotis quas tibi offerimus hostias . ut cui pontificale donasti meritum 7 dones et premium . per dominum nostrum.

Post communionem.

Propiciare domine supplicationibus nostris 7 et animam famuli tui episcopi in uiuorum regione . ęternis gaudiis iubeas sociari . per.

/ IN ANNIUERSARIO DEFUNCTORUM.[2] [fo. 134*b*

Collecta.

PResta domine quesumus ut anime famulorum tuorum quorum anniuersarium depositionis diem[3] commemoramus 7 indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam . per.

[1] From this point the rest of the prayer is in a different hand.
[2] This is in J. Singular forms are written throughout above the plurals.
[3] Written originally *diem depositionis* and the order corrected by *a*, *b*, above.

Secreta.

Exaudi domine supplicationes nostras . ut animas famulorum tuorum pro quibus offerimus sacrificium laudis . sanctis et electis tuis sociare digneris . per.

Post communionem.

Suscipe domine preces nostras pro animabus famulorum tuorum : ut si quę eis maculę de terrenis contagiis adheserunt 7 remissionis tuę misericordia deleantur . per.

Alia pro defunctis.[1]

[*Collecta.*]

INclina domine aurem tuam ad preces nostras 7 quibus misericordiam tuam supplices deprecamur : ut animam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti . in pacis ac lucis regione constituas 7 et sanctorum tuorum iubeas esse consortem . per.

Secreta.

Annue nobis domine ut anima famuli tui remissionem quam semper optauit . mereatur percipere peccatorum . per.

Post communionem.

Absolue domine animam famuli tui ab omni uinculo delictorum 7 ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitatus respiret . per.

Alia pro defunctis.[2]

Collecta.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere 7 propiciare animę famuli tui . et omnia eius peccata dimitte : ut mortis uinculis absolutis 7 transire mereatur ad uitam . per.

Secreta.

Animam famuli tui quesumus domine ab omnibus uiciis humanę conditionis hęc absoluat oblatio . quę totius mundi tulit ymmolata peccatum . per.

[1] *Cf.* Pro defunctis, below, p. 241. Singular forms above the plurals.
[2] This appears in J as a mass, In commemoratione parentum. Plural forms above the singulars.

[1]/ *Post communionem.* [fo. 135

Presta domine quesumus anime famuli tui misericordiam sempiternam 7 ut mortalibus nexibus absolutam . lux eterna possideat . per.

Pro femina defuncta.[2]

[*Collecta.*]

QUesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue :· et a contagiis mortalitatis exutam 7 in eterne saluationis partem restitue . per.

Secreta.

His sacrificiis domine quesumus anima famule tue a peccatis omnibus exuatur . ut per hec pie placationis officia . perpetuam misericordiam consequatur . per.

Post communionem.

Inueniat quesumus domine anima famule tue lucis eterne consortium 7 que in hac luce posita tuum consecuta est sacramentum . per.

Alia pro defunctis.[3]

[*Collecta.*]

OMnipotens sempiterne deus cui nunquam sine spe misericordie supplicatur 7 propiciare animabus famulorum famularumque tuarum :· ut qui de hac uita in tui nominis confessione discesserunt :· sanctorum tuorum numero facias aggregari . per.

Secreta.

Propiciare quesumus domine animabus famulorum famularumque tuarum pro quibus tibi hostias placationis offerimus . et qui in hac luce in fide manserunt chatholica . in futura uita eis retributio condonetur . per.

Post communionem.

Presta quesumus omnipotens deus :· ut animas famulorum famularumque tuarum ab angelis lucis susceptas 7 in preparata habitacula deduci facias beatorum . per.

1 This leaf is inserted. It is the fellow of the inserted fo. 130.
2 In J plural forms above singulars.
3 In J under the title, De defunctis ex conuentu.

Alia pro defunctis fratribus congregacionis.[1]

Collecta.

DEus uenie largitor . et humane salutis auctor 7 quesumus clemenciam tuam :' ut nostrarum congregacionum fratres et sorores ac familiares[2] qui ex hoc seculo transierunt 7 beata Maria semper uirgine intercedente cum omnibus sanctis ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas . per.

| Secreta. [fo. 135*b*

Deus cuius misericordie non est numerus . suscipe propicius preces humilitatis nostre et animabus famulorum famularumque tuarum quibus tui nominis dedisti confessionem . per hec sacramenta salutis nostre cunctorum remissionem tribue peccatorum . per.

Post communionem.

Presta quesumus misericors deus :' ut anime pro quibus hoc sacrificium laudis . tue obtulimus maiestati 7 per huius uirtutem sacramenti a peccatis omnibus expiate . lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem . per.

Pro his qui in cimiterio iacent.[3]

Collecta.

DEus cuius miseracione anime fidelium requiescunt :' famulis et famulabus tuis . uel omnibus hic et ubique in christo quiescentibus da propicius ueniam peccatorum 7 ut a cunctis reatibus absoluti sine fine letentur . per.

Secreta.

Pro animabus famulorum famularumque tuarum hic et ubique in christo dormientium . hostiam domine suscipe benignus oblatam . ut hoc sacrificio singulari uinculis horrende mortis exuti uitam mereantur eternam . per.

Post communionem.

Deus fidelium lumen animarum 7 adesto supplicationibus nostris :' et da famulis tuis et famulabus tuis quorum corpora hic et ubique in christo requiescunt refrigerii sedem 7 quietis beatitudinem luminis claritatem . per.

[1] In J under the title, Pro congregatis.
